Tractatus Consultatorii Henrici de [illegible]
Specula vite humane Dionysii

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Corydon.

¶ Specula omnis status humane vite Venerabilis patris Dyonisij prioris domus Carthusie in ruremund. quoꝝ titulos vide in primo folio.

Que hoc libellulo contineantur.

❡ Primus tractatus habet speculum prelatoꝝ.quo se intueri debꝫ omnis potestas.ac illi qui aliis p̄esse studēt.imperatores videlicet reges.duces.principes.episcopi ac omniū ordinū cuiuscūqꝫ religionis p̄lati.vt vera et legittima via aliis gubernando p̄sint.bonuz exemplū ꝛ verum speculū ferant.

❡ Secundus tractatus subditoꝝ est.monens subditos ꝛ oēs homines aliis deditos vera obedientia et voluntatis ꝓprie abrenunciatione maioribus natu obtemperare.ꝛ singulas cōditiones subiecti hominis.quas manutenere debet ꝛ ante oculos ponere enumerat.

❡ Tercius tractatus regale sacerdotium.ꝛ eiusdem sublimitatem ponit continentiā.temperantiā.ꝛ ceteros dignitatis sacerdocii ordines studiosissime tractans.

❡ Quartus tractatus vulgariū hominū huius mūdi calamitates et verendum statum periculaqꝫ vite humane mundanorū pulcherrime confutat.

❡ Quintus tractatus.ea que stimuli penitentie sunt.impedimenta.documēta emolimentaqꝫ eiusdem amplectitur.que venie spes.que conscientie examinatio.que relique penitentie sint ꝯditiones vbere stilo tranctantur.

❡ Tandem additur agonizantis speculum.

Reuerendo ac pijssimo patri dño Georgio Pirckamer Congregatiōis carthusiēsis Nurenberge priori Petrus thanhauser se oratio nibus suis recōmendat.

Cum nuper in sacrū vestꝝ domiciliū dulcissime pater sanctissime ꝯgregatiōis vestre solacij et doctrine gratia venerabilis pat' Franciscus volkart curator vester me vocasset. Illic ꝯuiuā socratici simposij me ꝯcederē. felicissimā vestrā rempublicā modestissimos apparatus prudentissimū patꝝ ordinē. sacras edes. ceteraqꝫ monasterij vestri ac cerimoniarū ornamenta diligentissima contēplatione intuerer Parui mox. vt par erat. votis reuerēdi patris ꝓcuratoris et hospitalitati tanq̄ꝫ Charistia dea benigno aīo interesse curaui Sed cum animi relaxandi p̄textu varia de p̄sentis vite calamitate inter epulandū disputata essent. et imprimis de apparatu gallie regis. lodoniciqꝫ Sfortie. quē tra mariqꝫ ad inuadendū. neapolitanū regnū parassent, et iam ꝓpe hora d̄ ytalie reb⁹ gestis ꝯsumpta essꝫ Accessit tabule diuus pater thomas de kempis sanctitatis vir precipuus quē supiore mēse imp̄ssum paternitati vestre sacraui. quem tantaꝝ laudū p̄conijs p̄dicastis. vt christiane reipublice nō min⁹ salutē q̄ꝫ felicitatē sit allaturus vestra opinione. cui facile cedo. dū ita d̄ multis p̄sentis vite piculis vltrocitroqꝫ cōmentamur. obtulit tū paternitas vestra mihi voto porcuratoris. editionē quandā pulchram et libellulū quinqꝫ speculoꝝ. venerabilis patris dyonisij religionis vestre ꝓfessi prioris in ruremund. Qui ꝯditiones. et oēs status hūane vite flexibilisqꝫ nature. miro ingenio et arte studuit in sit' cōportare. Exemplar v̄tutis et moꝝ plenū. Incepi initio legere. de imperātiū ac potestatū moderamine rem diuinā et inenarrabilē vt ei⁹ viri ingeniū nō hūanū ß diuinit⁹ inspiratū fateri necesse sit. laudet Esculapius hypocratē choum medicine sue recuperatorē. phisistratū homerus. varronē virgili⁹. honestet neemiā Moses. quia totā legē temporꝝ malicia dirutā in vnū opus collegit. Iustinianū rhomani qui mandauit tribuniano theophilo et dorotheo questori

bus ſacri pallacij vt romanaꝝ legũ que pandecta dicebant̃ ſuꝑflua reſcinderent adunarent diſuta crudaqꝫ. Contineat ſe permenides cũ dyaletica. thiſias cũ rethorica. phrinius cũ muſica. Atlas cũ ſide rum curſu. deſinẽt extollere. Carmentam. nynphã latini. quia rho manaꝝ litteraꝝ origo. Cadmũ greci quia grecaꝝ inuẽtor. Erichto niũ aurige. quia bige repertor. Dormiat minerua quia olei. Dyana venatiõis. Ceres frumẽti putat̃ inuẽtrix. Laudet carthuſienſis et vniuerſus xp̄ianus popul⁹ genſqꝫ electa deo patrẽ dyoniſiũ. q̄ ſua vigilia labore opere ⁊ cura hec eadẽ cõportare conatus ẽ quib⁹ non ſolũ bona corpis que caduca ⁊ flexibilia ſunt. ſed aĩe ipſius nauari pũt. Hec eadẽ quinqꝫ ſpecula imprimenda fore ſuaſiſti ꝓbo ac ſctõ ꝯſilio. Tametſi ego deditus ſim aliene induſtrie. et humeris meis impoſitũ eſſe onus ſcio. maius Atlantis celũ humeris ſuſtinentis ⁊ herculis illius. qui Junonis ob irã varia mõſtra laborib⁹ vicit ac deleuit. id eſt Sebaldo ſchreyer hoc reruꝫ tꝑe dicatus. Archetipos triumphantis rome ꝓ ſua magnitudine. liberalitate. pietate. inte gritate. ꝯſtãtia edẽdos fore. Attamẽ paruitatis mee officia. vtcũqꝫ potui paternitati veſtre impẽdere ſemꝑ extiti ſtudioſus. ⁊ nephas ingens exiſtimarẽ hanc ꝓuinciã veſtro rogatui ꝯtemnere ⁊ admira bil̃ huiuſce rei memoriã litteraꝝ penuria deleri. Jtaqꝫ magnitudo veſtroꝝ in me beneficioꝝ me morẽgerere cõpellit ſpecula hec q̄nqꝫ humane vite imprimẽda fore. que honeſtatis ⁊ vtilitatis plurimũ ꝓducere viſa ſunt. vt aſilũ ſint. quo quiſq̄s vicio corroſus tutus ve lut olim ad ferias ſaturnalioꝝ ꝯfugere poſſit. Sꝫ cũ tãta ſint benefi cia ĩ me collata a paternitate veſtra. vt aliq̄d muneris petere vide ant̃ apud hominẽ haud ingratũ nihil ꝑfecto inuenio. vl̃ natura vl̃ arte. vl̃ fortuna mihi ꝯceſſuꝫ qḋ dignitati veſtre equali voto poſſũ vel r̃ndere. vel offerre. Venit tñ in mentẽ q̄ꝛ adoleſcens in varrone lego dãtis animũ nõ munus eſſe penſandũ. venit ⁊ in mentẽ ſocra tis humanitas. q̄ paupis diſcipuli ſui eſchinis paruũ mun⁹ magna gratitudine dignũ iudicauit. Jlle ſocrati ſeipm̃ mũeris loco dedit Ego enĩ nõ ſolũ meipm̃. imo hec eadẽ ſpecula diuini patris dyoni ſij celebritati veſtre do offero ⁊ dedico. Vidimus enĩ qui alicui in

uigilant operi. qđ vt̃ ad mores hominū spectat vel rex notionē.
vt̃ vite decorē. Jllud maiorib⁹ natu sicuti diȷs in terris sacrare. quē
morē nimirꝫ cōmēdatione dignū. ꝛ a religiōe mīme alienū. a iouis
seculo initiū habuisse. ꝛ ad nostra vsq; seruatū tpa repio. Nam quū
iupit̃ eiecto đ regno patre saturno maiorē vite ptē in olimpo mon
te coleret quicūq; quippiā noui īuenisset. qđ vite hoīm vsui fuisset
ipsuȝ petebāt iouē. ac sibi inuētiōes dedicabāt suas hūc ipm morē
posteros deinde seruasse exēplis potissimū inualuit. Quippe eso,
pus egregius fabularꝫ recitator opusculū qđ grece scripserat Criso
lydorꝫ regi sacrauit. Nicandaroq; pgam⁹ auctor vetustissim⁹ theri:
aca pharmaca v̾su exametro edita ad athalū pgami regē pscripsit.
et pleriq; aliȷ suis fecisse tpibus tradūt. quos pcensere nō dat̃ pn̄ti
epistole nec locus nec cōmoditas. Jllorꝫ ego vestigia secut⁹ hec spe
cula vestre paternitati sacraui. vestra v̾o paternitas. ꝛ illorꝫ institu
tū ꝛ exemplū velit amplecti. ꝛ me vobis datū in mācipiū ꝛ correctu
rā ꝛ laborē huius libelluli vobis ꝯsignatū nō spernere. vt ꝛ noīs ve
stri īmortale decus ad extremas orbis terrarꝫ nationes duce librorū
impssura ferat̃. Et inter religiōis vestre ornamēta labor meus nu
meret̃. quē etsi alicubi erroris obumbret caligo. Celebritatis vestre
splēdor illustret. honestatis igit̃ nō dedecoris ꝛ excusandi nō calum
niandi vicē obtinebit si ego ꝛ togatā celebritatē vestrā. cui non mī
nus venerationis ꝛ credulitatis debet etas nostra quā prisca pitago
re ꝛ palliro. ꝛ oēs qui correcture mee sarcinā pōderāt pios lectores
ꝛ interpretes beneuolos nō maliuolos fore deposco. Decoro tandē
reuerendissime pater pietatē vestrā hac mea etsi paupere corona.
quam leta fronte ꝛ trāquillo vultu que celestis ꝛ vere beatitudinis
vobis sit psagiū. virtutū vestrarꝫ monumentū ꝛ amicicie nostre pi
gnus immortale. Valete o ꝛ psidiū ꝛ dulce decus meum ex Nūren
berga. Anno incarnatiōis millesimoquadringētesimononagesimo
quinto decimanona Januariȷ.

¶ Tituli capituloꝝ speculoꝝ.v.p.dyonisij prioris domus carthu
sie in roremund.

Tituli capituloꝝ primi speculi scꝫ prelatoꝝ.

Tituli capituloꝝ secundi speculi scꝫ subditoꝝ.

Tituli capitulorum speculi scilicet sacerdotum.

Tituli capitulorum speculi seculariu[m] et mundi huius amatorum.

Tituli capitulorum speculi siue stimulus penitentie.

Incipit prologus libri seq̄ntis qui cōtinet quīq; specula

Voniam cōsulitur aut precipitur. ꝓuerbiorꝫ quīto per sapiētissimū salomonē dicentē. deriuent̄ fontes tui foras. ⁊ in plateis aquas tuas diuide. id est scien tiam tuā alijs cōmunica. ¶ Comparat̄ autē sacra scriptura aque quia mūdat ⁊ lauat. iuxta illud iohā nis. Jam vos mūdi estis ꝓpter sermonē quē locutus sum vobis. Cuius causaꝫ assignat doctor ecclesiasticus dicēs Sapia abscōdi ta ⁊ thesaurus inuisus. que vtilitas in vtrisq;. Quasi diceret̄ nul la. Nam vt dicit seneca. nulli⁹ boni sine socio. iocūda est possessio Et boecius dicit. Incōparabilis thesaurus est sciētia. que celata perit. distributa recipit incrementū. Vn̄ crisostimus Cor nō p̄bēs mēbris spiritū velociter extinguit̄. fons si nō genuerit aquas apud seip̄m putrescit. Māna quoq; vermibus scatet si fuerit reseruatuꝫ erogatū aūt vtiliter fit panis celestis. ⁊ refectio angelorꝫ. Scio ni mirū ꝙ gratia obest. si nō alijs ꝓdest. Qui aūt donū dei in vsum et vtilitatē alienā cōmunicat. plenius meret̄ habere qđ habet. naꝫ dabit̄ ei ⁊ abūdabit. ¶ Amore igit̄ illectus ⁊ tractus. que ex paucis libris a primis motib⁹ ꝯuersionis mee ꝑlectis retinui. sine inuidia oīm cōmunico dilectioni. quāuis tn̄ sciam nōnullos ad detractio nem faciles dicturos. ꝙ securius que scribo laterēt in sinu cōscien tie mee. ⁊ prudētius intersilentij cardines clauderent̄. Sꝫ audiāt tales āmonitionē statutorꝫ ordinis carthusiensis scđa ꝑte. ca. xvi. vbi sic habet̄. Libros tanq̄ꝫ sempiternū aīarū cibū cautissime cu stodiri. ⁊ studiosissime volumus fieri. vt quia ore non possumus manib⁹ verbū dei p̄dicemus. Quotq̄t eīm libros scribim⁹. tot no bis veritatis p̄cones facere videmur. sꝑantes a dn̄o mercedē ꝓ om nibus. qui ꝑ eos vel ab errore correcti fuerint. vel in catholica ve ritate ꝓfecerint. ꝓ cūctis etiā qui de suis peccatis vel vicijs ꝯpū cti. vel ad desideriū fuerint patrie celestis accensi Dicit quoq; bea tus gregorius omelia. v. suꝑ ezechielē. Qui in occulto silētio bene viuunt. sed alieno ꝓfectui exemplo lumīs minime ꝓficiunt carbo

nes sunt. qui vero et exempla virtutũ prerogãt. ⁊ lumen boni op̃is per vitã et verbum. seu scripturã multis demonstrãt. iure lampa: des appellant. quia et per ardorẽ desiderij sibi ardẽt. et per flãmã verbi alijs lucẽt. atq̃z a peccatoꝝ cordib⁹ erroris tenebras repellũt. Jdcirco presens quiquipti tum speculum spiritu ihesu op̃ante col: legi. ¶ Primũ erit speculum p̃latoꝝ. ¶ Secundũ speculuꝫ subdi: torum. ¶ Terciũ speculũ sacerdotũ. ¶ Quartũ speculũ hominũ mũdanorũ. ¶ Et quintũ speculũ ac potius stimulus penitentie.

¶ Deniq̃z in sacra scriptura debet se vnusquisq̃z studiose exercere quia sicut dicit hieronim⁹ gloriosus sup̃ illud psalmiste. vt mitiges ei a diebus malis. scientia et exercitatio et op̃atio de scripturis mi tigant nobis dies malos. Jdem etiam ad rusticũ monachũ. Scri bantur inquit libri. vt et manus op̃etur cibos. et aĩa lectione sa: cietur. Jn desiderijs em̃ est omnis ociosus. Sanct⁹ quoq̃z martin⁹ omnes discipulos et fratres monasterij sui scriptores fecerat. Ju: lianus etiã apostota. vt in policratico scribit̃. scriptores plurimũ venerabat̃. cultoresq̃z scripturarũ vndiq̃z colligebat. Jp̃e quoq̃z no ctib⁹ vigilãs cõscribebat libros. quos in senatu publice recitabat. Et statuta ordinis carthusieñ vbi supra dicũt. q̇ om̃es pene quos suscipimus si fieri potest scribere docem⁹. Plato ph̃us etiaꝫ ait. q̇ littere insipiẽti aĩo tanq̃z bacul⁹ infirmo corp̃i repte sunt. Et poe ta laureat⁹ libro primo de remedijs vtriusq̃z fortune dicit. q̇ nihil sancti⁹ q̃m scribere libros. vt posteris p̃ficias. vt ingeniũ exerceas scribẽdoq̃z alijs te doceas Nihil aũt est dulcius bene impensi t̃pis memoria. Grecorũ vnus origenes sex milia libroꝝ edidisse tradit̃. O trãquilliũ ocium. Hec ille. ¶ De cõmendatione sacre scripture sic dicit hugo libro primo de aĩa. Nihil in hac vita dulci⁹ sentitur nihil ita mentẽ ab amore mũdi sep̃at. nihil sic aĩam cõtra tempta tiones roborat. nihil ita hoĩem excitat et adiuuat ad oẽ opus ⁊ ad oẽm laborẽ. sicut studiuꝫ sacre scripture. Propt̃ hoc hieronim⁹ ad demetriadẽ virginẽ sic scribit. Diuinas scripturas sepi⁹ lege. ymo nũq̃m de manib⁹ tuis sacra lctõ deponat̃. vtere lctõe diuina vice speculi. feda corripiẽdo. pulcra cõseruãdo. ⁊ pulchriora faciendo.

Scriptura eñ̄ speculū est. feda ostēdens ⁊ corrigi docēs. Ibi senti
mus q̄ntū ꝓficim⁹. q̄ntūue a ꝑfectu longe distam⁹. Idē hieroni.
mus in alia ep̄la. Sicut stellas celi nō extinguit nox. sic mētes fi:
delium inherētes firmamēto sacre scripture nō obscurat mūdana i
iquitas. Idē sup ep̄lam ad ephesios li. j. Siquid nāq3 est qd̄ ī hac
vita vir sapiētē teneat. ⁊ inter p̄ssuras ⁊ turbines mūdi eq̄ aīo ma
nere suadet. illud esse primū reor. meditationē ⁊ sciētiā scripturaꝝ
Et origenes in numeris omel. xvj. Nūq̄3 est qn̄ aīa scie igniculo
succēsa ociari possit ⁊ quiescere. sed semꝑ a bonis ad meliora. ⁊ iterꝝ
ad sup̄iora a melioribꝰ ꝓuocat̄. Seneca. Vita hoīs sine l̄ris mors
est. ⁊ viui hoīs sepultura. Itē ambꝰ in libro de cayn ⁊ abel. Celesti
u3 scripturaꝝ alloq̄a diu terere ac polire debemꝰ. toto aīo ac cordē
versantes. vt succus ille spūalis cibi. in oēs se venas aīe diffundat
Sed qui p̄dictos sacre scripture fructꝰ carpe desiderat. opter q̄ in
vite regulā lecta ꝯuertat. Nā vt dicit poeta laureatꝰ vbi supra. tūc
est vtilis noticia scripturaꝝ. dū in actū trāsit. seq3 ip̄a3 opibꝰ aꝓp
bat non verbis Alioquī sepe verꝫ dep̄hendit̄ qd̄ scriptū est sciam in
flare. Et addidit idē dicēs. Multa simul ⁊ grādia clare velocit̄q3
intelligere. ac eadē tenacit̄ meminisse. ⁊ ornate loqui ac artificiose
scribere ⁊ ꝓnūciare suauit̄. hec oīa nisi ad vitā referant̄ quid sunt
aliud. q̄m inanis instrumēta iactācie. inutilisq3 labor ac strepitus
Hec ille. Et. in. policrato libro viij. ca. xv. Nosse bonū et nō face
re. meritū dampnatiōis est nō via btitudinis Porro vt ait venera
bilis pe. blesen̄. ep̄la. xxxvj. l̄ratus qui se lectiōe assidua non exercet
quasi domꝰ deserta est. in qua iuxta verbū ysaie ꝓphete pilosi cla:
mant alter ad alterum. ⁊ demones onocētauris occurrūt. Immū:
dus eñ̄ spūs domū vacantē inuenit. ⁊ frequēter ad habitādū in ea
secū septē spūs nequiores assumit De fructu etiā scripturaꝝ sic scri
bitur ī policratico li. vij. ca. x. Certū ē quia fidelis lector ⁊ prudēs
et qui litteris ex amore inuigilat. vicia semꝑ excludit. et in oībus ac
cedit ad vitam. Hinc est illud doctoris doctorꝫ hieronimi. Ama sci
entiā scripturaꝝ. ⁊ carnis vicia n̄ amabis. Sacra siquidē scriptura
reꝝ oīm ꝯtinet disciplinaꝫ. ⁊ oīm moderatrix vniuersis hūane vite

actib⁹.et verbis ꝛ cogitationib⁹.modū et terminum ipſa cōſtituit
Item ꝓlogo eiuſdē libri ſcribit̄ de laude ſcripture ſic.li.vij.ca.xiij.
A vicijs redimit̄ anim⁹.ꝛ ſuaui ꝛ mira quadā etiā in aduerſis iocū
ditate reficit̄.cū ad legēdū vł ſcribēdū vtilia.mētis intēdit acumē.
Nullam in rebus hūanis iocūdiorē aut vtiliorē occupationē inue
nies.niſi forte diuinitus ꝯpuncta deuotio orando diuinis inſiſtat
colloquijs.aut corde ꝑ caritatē dilatato deū mēte cōcipiat.ꝛ ma:
gnalia eius apud ſe quadā meditationis manu ꝑtractet. Experto
crede.quia oīa mūdi dulcia hijs collata exercicijs amareſcūt Veꝝ
dicēte dn̄o qui verſat̄ in turbis turbat̄ erga plurima.quo nihil ſtu:
dijs aut bonis morib⁹ exercēdis ꝑniciosius eſt. Si em̄ ſtudiū vt ci
ceroni placet.eſt vehemēs aīapplicatio ad aliqđ agendū magna
cū volūtate.ꝓfecto mens que turbat̄ ad plura diſtrahit̄. nequaq̄ꝫ
in vno virtutis ope fideliter occupat̄. Deniqꝫ armatura ſp̄us ad
uerſus hoſtē ſuū ſcilicet carnē eſt ſacra ſcriptura. Vnde Origenes.
in leuitico. Non audiſtis ex diuinis ſcripturis quia certamē eſt in
ter homines carni aduerſus ſpiritū.ꝛ ſpiritui aduerſus carnē. Et
neſcitis quia ſi carnē nutriatis ꝛ ipſam frequenti mollicie.ac iugi
deliciaꝝ fluxu foueatis.inſoleſcit neceſſario aduerſus ſpiritū.ꝛ for
tior illo efficit̄. Qđ ſi fiat.ſine dubio eū inditionē ſuā redactum.
ſuis coget vicijs ac legibus obedire. Si vero ad eccleſiā frequēter
venias.aurē litteris diuinis admoueas.explanationē mādatoꝝ
celeſtiū capias.ſicut cibis ꝛ delicijs caro. ita ſp̄us verbis diuinis
cōualeſcit ac ſenſibus.ꝛ robuſtior effectus.carnē ſibi parere cogit.
ac ſuis legibus obſequi. Nutrimēta igit̄ ſpiritus ſunt.diuina lectō
orationes aſſidue.ſermo doctrine. Hijs alitur cibis hijs cōualeſcit
hijs victor efficit̄. Qđ quia nō facitis.nolite cōqueri de infirmita
te carnis. Nolite dicere quia volum⁹ ſed nō poſſumus. volumus
cōtinēter viuere. ſed carnis fragilitate decipimur et impugnamur
ſtimulis eius. Tu das ſtimulos carni tue. tu eā aduerſus ſpiritum
tuū armas et potentē facis. cū eā carnibus ſacias ꝛ vino inundas
omni mollicie palpas.ꝛ ad illecebras nutris.

Explicit prologus

Incipit speculum prelatorum De correptione feruore erga subditos delinquētes et de multiplici dampno ꝓueniēti tam prelatis quam subditis ex defectu correptionis. Primum capitulum.

Cripturus ꝑ modicū ad meipsius. ymmo oīm ꝑlatoꝝ salutarem instructionē. accipio mihi loco thematis illud quod scribit̄ in libro sapie. xviij. c. Ardentē colūpnam ducem habuerūt. In quib⁹ v̄bis stat⁹ boni ꝑlati penes quattuor cōditiones describit̄. Debet em̄ bon⁹ ꝑlat⁹ primo habere zelum feruoris et sancte correptiōis. Scḋo statū vigoris et supportatiōis. Tercio locum amoris et cōmunicatiōis. Quarto locū ꝓcessoris et informatoris. ¶ Primo ergo debet bon⁹ prelat⁹ habere zelū feruoris et sancte correptiōis. vt sit ardēs ꝑ industriā. nō tepid⁹ ꝑ ignauiā. nō fumigans ꝑ vanā gloriā. nō extinct⁹ ꝑ in famiā. Ardentē inquit. In cui⁹ figura dicit̄ de helya eccīastici. xlviij. Surrexit helyas q̄si ignis. et verbū illi⁹ quasi facula ardebat Sed isti igni adiūgit̄ qn̄q3 sulphur et qn̄q3 thus. Qn̄ thus miscet̄ cū igne. tota dom⁹ in qua fit hoc suauiter redolet. qn̄ vero sulphur adiungit̄ ignis vehemēter accēdit̄. et tota dom⁹ fetore replet̄. Et isto mō moralit̄ loquēdo. est de ꝑlato nō nūq3. Cōtingit em̄ qn̄q3. q ꝑlat⁹ laterales ꝯsiliarios sibi assumit. ꝑsōnas sulphureas incēdētes ꝑ maliciā et fetētes ꝑ infamiam. Et tūc qn̄ sic est. tota dom⁹ replet̄ abhomīatione et fetore. Qn̄ v̄o contingit q ꝑlat⁹ cōsiliarios et collaterales sibi facit de sctīs ꝑsonis deuotis et honeste fame. tūc nulli dubiū qn̄ dom⁹ tota repleat̄ dulcedine dilectionis. et suauitate pacis. que ꝑ thus significat̄. Et tunc verificat̄ de tali ꝑlato illud eccīastici. l. Quasi ignis effulgēs. et q̄si thus ardēs in igne. Et ideo qual' cōditiōis debeat esse. a q̄ ꝑlatum cōsiliū cōuenit petere. pulchre et elegant̄ describit Ambrosi⁹ de officijs li. ij. Aduertēdum inquit ambrosi⁹ q in inquirēdis ꝯsilijs primum se adiūgat vite ꝓbitas. virtutū ꝑrogatiua. beniuolētie vsus facultas gratie. Quis em̄ in ceno fontē requirat. quis de aq̄ turbida potū petat. Itaq3 vbi luxuria est. ibi intēperācia vicioꝝ ꝯfusio Quis inde sibi aliquid haurīēdū existimet. quis vtilē iudicet. quis nō despiciet moꝝ colluuionē cause aliene. quē videt iutilē vite sue.

Quō eū potero iudicare cōsilio superiorē. quē videro moribꝰ infe: riorem. Supra me debet esse. cui me cōmittere paro. Quō eū ydo neum putabo qui mihi det cōsiliū. qui nō dedit sibi. et mihi eū va care credā qui nō vacet sibi. cuiꝰ aīm voluptates occupant. libido deuincit. auaricia demergit cupiditas ꝑturbat. Hec ambro. ¶ Hi vero qui ab ipis policie tam ciuilis q̄ȝ ecclesiastice rectoribꝰ in ꝑtē sollicitudinis ꝓpter curarū releuamē assumūt. sunt velut supcilia ipoꝝ p̄sidentiū. qui oculoꝝ officiū gestāt Sicut eñ ꝑ supcilia ꝓte gunt oculi a quocūq̄ȝ improuiso pulueris illapsu. vel a ventoꝝ tur bine. ⁊ vniuersaliter a qualibet alia aduēticia occasione. que possit acumē eoꝝ obtūdere. ita ⁊ fideles officiales. vt sunt ī ordine carthu siensis vicarij ⁊ ꝓcuratores. suos priores ab oī hostili iaculo. ab ob ꝓbrijs detrahentiū ⁊ murmuratoꝝ ꝓtegūt. ⁊ cōtra cuncta ꝑicula. munimē se offerūt. ⁊ aīam suā ponūt ꝓ illoꝝ reuerentia. ne honor aut obīa ipoꝝ in aliquo minuat̄. ⁊ ne aliquis subditoꝝ cōtra eoruȝ bonā famā quid moliat̄. ¶ Prelatos vero oculoꝝ officiū ꝑiter et ymaginē seruare dixi. qui in fronte in eminētiori ꝑte corꝑis locati sunt. vt possint corꝑis ꝑicula priusq̄ȝ immineāt ꝓuidere. oīs insu: per hostilis aduersitatis accessuȝ nūciare. iuxta illō ezechiel̄. Spe: culatorē dedi te domui isrl̄. Nā sicut speculatoris est de loco edici ore ꝓspicere. plus oībus cōtemplari. ita p̄latus sciē sublimitate et mētali vigilia celsior debet esse cūctis. qua possit sub se viuētes in struere. et iter eis veritatis ostēdere. vt dicit ꝓsper. Est igit̄ vt ad ꝓpositū redeā p̄latus. quasi ignis ardēs ꝑ sincerū zelū. Nam p̄lati negligētes in correctione. assimilant̄ scd̄m ysidoꝝ dormiēti. de cu ius manu cadit baculus pastoralis. et pictores pingūt talē q̄si ac: cubantē in cathedra sup cubitū sompno grauatū. et cadentē de ma nu eius baculū pastoralē. Et sic bene assimilant̄. Ex dormitione eñ negligētie virgā correctiōis amittūt. Et ideo ad euigilandum eos d̄r eis in ꝑsona summi p̄lati. symō dormis mat. xxiij. Et illud zacharie. xi. O pastor ⁊ ydolū derelinquens gregē. ¶ Preterea isti sunt qui nūq̄ȝ vtunt̄ irascibili potētia in bonū. nō irascētes cōtra delicta, sed oīa cū quadā stulta paciā quasi insensibiles sustinētes.

Contra quos dicit bernard⁹. Nō irasci vbi irascendū est. peccatū est. Et benedict⁹ in regula. Nō dissimulet abbas peccata delinquentiū. sed mox vt oriri ceperit radicitus ea vt ꝓualet amputet. Et notādū ꝙ ex negligētia corrigēdi multa mala sequūt. quoꝝ que daz redūdāt in ꝑlatū. quedā ī delinquētē. ❡ Sūt aūt tria mala que redundāt in ꝑlatū. Primum est cōfusio. Sicut em̄ honor est patri habere bonos filios. ita redit in cōfusionē suā malicia filioꝝ ecclesiastici. xxij. Cōfusio est patris de filio in disciplinato. ❡ Scd̄m ē culpa. Trāseūt em̄ in ꝑlatū culpe subditoꝝ quas nō corrigit. Origenes sup exodū omel. xi. Ut video ietro nō frustra venit ad moysen. nec frustra manducauit panez cū senioribus ppl'i in conspectu dn̄i. Dat em̄ cōsilium moysi ꝓbabile satis et vtile. vt eligat viros et constituat principes ppl'i viros deū colentes viros potentes. et odientes supbiā. Tales em̄ optet esse principes ppl'i. qui nō solū supbi nō sint. sed et qui oderint supbiā. Idem. Ut nō solū ipsi absq3 vicio sint. sed et alijs oderint vicia. Nō homies dico odisse. sed vicia. Grego. in pastorali. Si rectormin⁹ cōtra culpas accendat. culparū oim ip̄e reus tenet. Huius aūt exemplū manifestum est in medico. Certuz est em̄ ꝙ reus est mortis infirmi suscepti in cura. nisi faciat qd' in se est de infirmo curando. Aliud exemplū ponit in glosa super numeri. xxv. de pedagogo. cui culpa attribuitur. si puer sue instructioni cōmissus minus disciplinatus ex sua negligentia inueniatur. Aliud exemplum ponit benedictus in regula de pastore dicens. Sciat abbas culpe pastoris incumbere. quitquit pater familias in ouibus minus vtilitatis poterit inuenire. Et ideo debet ꝑlatus dare operam diligentem circa subditos. vt debitum fructum in operibus bonis reddant. exemplo illius boni pastoris qui dicit genesis. xxxi. Oues tue et capre tue steriles non fuerunt. Ue multis prelatis qui hoc non cogitant. sicut fecit aug⁹. qui dixit. Quid faciam cum exiget a me ratio tot animarum. que pendent ad collum meum. ❡ Tercium est pena temporalis. Puniuntur enim non solum in futuro. sed etam in presenti prelati negligentes. Hinc est ꝙ primi regum tertio dixit domin⁹. Eo ꝙ nouerit

heli in digne agere filios suos ꝛ nō corripuit eos. idcirco iuravi do
mui heli. ꝙ nō expiet̄ iniquitas dom⁹ eius victimis ꝛ muneribꝰ in
eternū. Nusq̄ȝ inuenim⁹ vel scriptū legim⁹ excessuȝ heli in ꝓpria
ꝑsona. nō ei⁹ luxuriā. nō castrimargiā vel auariciā. Si em̄ talis es
set. nō solū de filijs ei⁹. sed de ip̄o dn̄s cōquereret̄. Et tn̄ q: zelo ca:
ruit ꝛ negligēs atq; remissus fuit. cū filijs suis interijt. iudicio diui
no ꝑcussus. eo ꝙ iniquitatē filioꝝ sustinuit. iuxta illō iob. xvij. Si
sustinuero infirm⁹ dom⁹ mea est. Unde ꝛ grego. nazāzenus magi:
ster hieroni. grosi in apologetico sic dicit. Heli sacerdos ꝓ filiorū
iniquitatē dāpnat̄. ꝙ eos diuina sacrificia temerātes. min⁹ seuera
aīaduersione plectebat. Miseruȝ me. Et quidē coercuit. ꝛ quidem
corripuit. sed lenitate ꝛ māsuetudīe patris. nō seueritate ꝛ autorita
te pōtificis. Est autē p̄latus vsq̄quaq; inutilis apud quē discipli:
na nō viget Hoc idē legim⁹ in numeris. xxij. de duodecim principi
bus filioꝝ isrl̄. q̄s dn̄s p̄cepit suspendi in patibulis cōtra solē. eo ꝙ
filios isrl̄ fornicari cū filiab⁹ madian ꝑ miserūt. vel negligēter cor
ripuerunt. Cōtra solē principes suspēdunt̄. vt arguant̄ a luce. quia
p̄lati nō soluȝ ꝓ suis pc̄tis arguent̄ a sole iusticie. sed etiā ꝓ pecca:
tis subditoꝝ si fuerint negligētes. Si autē diues ī inferno de fratri
bus suis solicit⁹ fuit. ne venirēt ad locuȝ tormētoꝝ. peiores sunt eo
qui de ꝑditione aīaꝝ nō curāt U n̄vbi d̄r in exodo xxxij. qui vir dei
est accingat̄ mecū dicit expositor Virū dei se negat. qui vitā carna
lium quātuȝ sufficit arguere recusat. Et sup̄ illud q̄d in eodē ca. di
citur. cōsecrastis hodie man⁹ vestras deo dicit expositor. Si conse
cratio est sumere vindictā de pc̄tō. ꝑfecto vitia sine increpatione
vel vlcione trāsire est execratio. quia facilitas venie incētiuū p̄bet
deliquēdi. Grego. in registro. Studeam⁹ cor nostrū terrenoꝝ pa:
stoꝝ imitatiōe succēdere. qui hyemales noctes ymbrib⁹ geluq; du:
cunt ꝑuigiles. ne vel vna ouis ꝛ nō forte vtilis pereat. Quā ꝛ si in
sidiator ore voraci momorderit. quō satagunt. quib⁹ cordis anhe:
lant estib⁹. q̄s voces vt eruāt captum pec⁹ angustia stimulāte ꝓsi
liunt. ne a gregis dn̄o quitquit ꝑ incuriā ꝑdiderunt exigat̄. Vigile:
mus igit̄ ne quid pereat. ꝛ si captum forte quid fuerit. vocib⁹ diui-

norum eloquio℞ ad gregem dominicum reducam⁹. vt ille qui pa:
sto᷑ pasto℞ est. vigilasse nos circa ouile suū suo digneť misericors
iudicio cōprobare. Quot eñ fructus dño multiplicati gregis ostē
dem⁹. si et ipm quē pascēdum suscepim⁹. ociosa mēte cernimus a
bestia deuorari. ❡ Sunt q̄ȝ alia tria mala que redundāt in dam:
pnum delinquentis primum est excecatio credit enim interduȝ de:
linquens cum non corrigitur illud quod fecit non esse malum. vel
nō esse tātum malum. Ideo dicit grego. in pastorali. Nōnulla ve
hemēter increpāda sunt. vt dum culpa ab actore cognosciť. quāti
ponderis sit ab increpātis ore sentiať. Et ideo bene diciť ꝓuerbi.
xxix. Virga ⁊ correctio tribuit sapiām. ❡ Scđm est delicti mľtipli
catio Delictū em̄ ꝙ nō corrigiť facilius multiplicať Vnde bernar
dus Inpunitas est insolētie mater. radix impudētie. trāsgressionū
nutrix. Et ideo qm̄ cito nō fertur contra malos sñia. idcirco absq̄ȝ
timore vllo filij hoīm ꝑpetrant mala. ❡ Terciū est finalis ꝑditio
Qui em̄ nō corriguntʳ facilius delicta cōtinuant. ⁊ ideo finaliter ꝑ
duntur. sicut patet de adonia dicēte ego regnabo. quē pater nō cor
ripuit aliqñ. ⁊ ideo finaliť ē interfect⁹. iij. regū. i. Et ideo diciť ec:
clesiastici. xli. De patre impio querumť filij. qm̄ ꝓpter ipm sunt in
obprobriū. ❡ Diciť de quodā iuuene. ꝙ cū ꝓpter delicta sua duce
retur ad patibulū. ⁊ a patre eū sequēte peteret osculū. in fine arri:
piens eū dentib⁹ nasum eius abscidit. ⁊ dixit ꝙ hoc fecit quia ꝓpť
eius culpā qui nūq̄ȝ eū correxerat ab infantia venerat in obprobri
um. Dicit apľus ad hebreos. xij. Si extra disciplinaȝ estis. cuius ꝑ
ticipes facti sunt omnes filij dei Qui ergo subditos suos relinquit
sine disciplina. de filijs dei facit filios dyaboli siue belial. qđ diciť
absq̄ȝ iugo. ❡ Contra quos dicit apľus ad ephe. iij. Educate fili
os vestros in disciplina ⁊ correctione dñi. Solon philozoph⁹ vn⁹
de septem sapientibus grecie interrogatus qualis debeat esse ppľi
rector ait. Populi rector prius se q̄ȝ populū rectificare debet. Alio
quin erit velut is qui vmbram curuam rectificare conať. priusq̄m
virga curua vmbram faciēs recta fiat. Socrates philozoph⁹ athe
niensis Qui in alios potestate exercet prius conscientiam purga:

re debet. vt qui delicta corrigit nō admittat. vitetq; quod vīdicat. Stultum est autem vt velit quis impare alijs. cum sibijpsi impare non possit. Plato philozophus. Qui suam aīam que vna est gubernare non potest. quō multorum hoīm gubernator erit. Tulius. Cum inferiore viuas. queādmodū supiorem tecum velis viuere. Idem dicit grego. in registro ad iohānem epm syracusanū. Tales ergo subicōs nostros debemus existere. quales nobis si subiecti fuissemus. nostros volueram⁹ esse prepositos. Cylon philozoph⁹ Oportet principē ꝛ dn̄atorem mansuetū esse. vt ꝓximi magis reuereantur q̄m timeant.

Quot scīa ꝛ sapīa principi ac plato est necessaria scđm cap.

Secundo prelat⁹ debet habere statū vigoris ꝛ supportationis. vt sit colūpna fortiter supportās regiminis sui on⁹ Hieremie. j. Dedi te hodie in ciuitatē munitā. ꝛ in columnam ferreā. ꝛ in murū eneū sup omnē terrā. Q̄mdiu em̄ colūpna ē recta. fortiter supportat onus suppositū. sed q̄m cito incipit curuari ad vnā partē vel ad aliā. statim fabrica tota cadit. Ita est moraliter q̄zdiu p̄latus seruat rectitudinē ꝛ iusticiā. seq̄ns iura et bonā cōscientiā. meritorie supportat et exequit̄ causam suaz. qn̄ vero declinat ad latus ꝑpter affectionē vel offensaz. nō reprimēdo. defectuosos ꝛ nō fouendo bonos. tūc fabrica tota cadit. In cuius figura legimus iudicū. xvi. ꝙ sampson ducis cōcuciēdo colūpnas. quibus tota innitebat̄ domus domū ꝓstrauit. ꝛ seipm̄ ꝛ omnes qui in ea erāt occidit. Isto mō moraliter loquendo est de dyabolo. Affectat em̄ aliqn̄ vnā cōgregationē deuotoꝝ subuertere. ꝛ eos spūalit̄ occidere. hoc est ab eis caritatē que est vita spūalis auferre. ꝛ vt illud faciat breuiorē viā nō habet. nisi colūpnas illius cōgregatōis cōcutere ꝛ allidere. p turbationes ꝛ cōmotiones Vnde iob. ix. Qui cōmouet terrā de loco suo. ꝛ colūpne eius cōcucient̄. Legim⁹ in historijs scolasticis sup genesim. ꝙ cham filius noe. septem artes liberales in quattuordecim colūpnis descripsit. quaꝝ septē erāt eree ꝛ septē lateree. vt cōtra diluuiū ignis ꝛ aque imperpetuū ꝑmanerēt

in figurā q in platis qui colūpne dicunt sufficiētia deesse scientie non debet. ꝛ ideo sapiētia dicit excidisse colūpnas septem pverbi orum. j. quia nisi prelati eccie sapia et scientia sacre scripture fuerit informati. eccie fabrica tota ruet. Et ideo signāter dicit aggei. ij. Interroga sacerdotes legem. Sup quo dicit hieronim9. Cōsidera sacerdotū esse officiū de lege interrogatos rñdere. Si sacerdos est sciat legē dñi. si ignoret legē dñi ipe se arguet nō esse sacerdotē dñi. Grego. quoq nazazenus in apologetico suo dicit. Quāuis p diffi cile sit scire regi. hoc est regēti se obtempare. multo difficilius ē sci re alios regere. Reuera em hominē regere mihi videt ars arciu3 et disciplina disciplinarū. quia certe homo est inter oīes aīantes. et moribus varius. ꝛ moribus diuersus. Unde ꝛ salomō a dño cōmen dat. eo q ab ipo inuitat9 vt qd vellet peteret. pre oībus sapiam ad gubernacula ppli peciit. eāq diuitiis ꝛ honorib9 ptulit. vt legit. iij. regū. iij. Johānes epus saresbriēsis in suo policratico libro. iiij ca. vij. de isto sic dicit. Audi quā legē impōat principib9 ꝛ prelatis rex magnus sup oēm terrā. terribilis et qui aufert spiritū princ ipū Postq3 inquit sederit rex in solio regni sui. describet sibi deutrono mium legis huius in volumie. accipiēs exemplar a sacerdotib9 le uitice trib9. et habebit secū. legetq oībus dieb9 vite sue. vt discat ti mere dñm deū suū. et custodire verba ꝛ cerimonias eius que in le ge pcepta sunt. Ecce quia princeps nō debet esse iuris ignarus. et licet multis priuilegiis gaudeat. nec militie ptextu lege3 dñi pmit titur ignorare. Habebit ergo inquit secū legē puidēs ne ad dāpna tionem suā cū eā habere necesse sit. habeat cōtra se. Potentes em potēt tormēta pacient. Et adiecit. Legetq illō. legē siquidē habere in mātica pax pdest. nisi fidelit custodiat in aīa. Legēda est ergo oīb9 dieb9 vite sue Ex quib9 liquido ↄstat q3 necessaria sit pricipi bus ꝛ prelatis pericia litteraru3. qui legem dominicotidie reuolu re lectione iubētur. Et forte q sacerdotes legē cotidie legere iube antur nō frequenter inuenies. princeps vero siue prelatus cotidie leget et omnibus diebus vite sue. quia qua die non legerit legem. ei non dies vite sed mortis est. Hoc vtiq sine difficultate non

illiteratus nō faciet. Unde et in litteris, quas regē romanorum ad frā corum transmisisse recolo. quib⁹ hortabat vt liberos suos liberalibus disciplinis instituti procuraret. hoc inter cetera eleganter adiecit. quia rex illiteratus est quasi asinus coronatus. Si tamen ex dispensatione ob egregie virtutis meritū principē ptingat esse illiteratum. eundē agi litterarū cōsiliis vt ei res recte procedat necesse est Assistāt ergo ei nathan propheta et sadoch sacerdos et fideles filii prophetarū. qui eū a lege domini divertere nō paciant. et quā ipe oculis anīo nō ostendit. linguis suis introducāt. quasi quodā aurium ostio litterati. Legat itaque mens principis in lingua sacerdotis. et quitquit egregiū videt in morib⁹. quasi legē dei veneret. Naz vita et lingua sacerdotū. quasi quidā liber est vite in facie pplorum. Nec expers oīno lectionis est. qui etsi ipe nō legit. que legunt ab aliis fideliter audit. Extat epl'a philippi macedonis destinata aristotili nup nati alexandri vt sperabat magistro. Philipp⁹ aristoteli salutem dicit. Filium mihi genitum scito. quo equidē diis habeo gratiam nō pinde quia nat⁹ est. sed quia eū nasci contigit tpib⁹ vite tue. Spero etem fore. vt educat⁹ eruditusque a te dign⁹ existat et nobis. et rerum istarum susceptione. Socrates tunc demū respublicas fore btās asseruit. si eas philozophi regerēt. aut rectores earum studere sapīe cōtigisset Romanos imperatores aut duces. dum eorum respublica viguit. illiteratos extitisse nō memini.

De affectione caritativa prelatorum ad subditos et ecōuerso. et de hoc q necesse est plato vt diligat et timeat a subditis terciū ca.

Tercio debet prelatus habere locum amoris et cōmunicationis. vt p beniuolentiā et affectionem bonaz subditos habeat. et a subditis habeat. et hoc notat cum dicit habuerunt. Debet enī prelatus haberi ab omnib⁹. et nō a quibusdā tm̄ et a quibusdā non. sed oībus et singulis debet esse cōmunis. Unde in laudē traiani imperatoris dicit. q arguentib⁹ eū familiaribus de communicatione nimia. eo q ad subditos nimis erat affabilis. vltra id quod imperatoriā decet dignitatem. respōdit talem se velle esse imperatorem priuatis. qualē sibi esse imperatorē priuati optassent.

sicut dicit eutropius romane historie libro octauo. Et sic etiã iuli⁹ cesar amorẽ suorũ militũ meruit. quia eos non milites. sed potius cõmilitones nominauit. sicut de eo narrat suetonius libro primo. Et vegetius de re militari libro. iij. ca. xviij. docet. ꝙ in exercitu bene ordinato tres debent esse duces. primus secund⁹ tercius. Primus aũt qui precipuã sustinet potestatẽ debet esse in pte dextra inter equites et pedites. vt consilio regere. et autoritate tam equites ꝗ pedites ad pugnã possit hortari. Moraliter loquẽdo sic prelat⁹ cõmunis ꝑsona debet esse. vt maioribus et minoribus sue beniuolentie equitatẽ ostendat. nõ semꝑ cum equitib⁹ ꝓprium requirat honorem. nec semꝑ cũ peditibus subiectionis nimie negligẽti torpore torpescat Sic em̃ xp̃us in familia hoc est inter apl̃os se habebat. Nam aliqñ se exhibebat supiorem. iohãnis. xiij. Vos vocatis me magister et dñe. ⁊ benedicitis. Sum etem̃. Aliqñ vero se exhibebat inferiorẽ. iuxta illud luce. xxij. Ego aũt in medio vestrũ sum sicut qui ministrat Aliqñ equalẽ. iohãnis. xiiij. Jam nõ dicã vos seruos. sed amicos meos. Amicicia em̃ equalitatem requirit prout docet philozoph⁹. viij ethicoꝝ. ca. vj. Eodẽ modo aliqñ prelatus inter suos subditos debet esse maior quantuꝫ ad iniquitatis correctionem. iuxta illud ad thitũ. ij. Argue cũ omni impio Minor quãtum ad hũilitatis reputationẽ. iuxta illud prime ad thessꝫ v. Facti sum⁹ puuli in medio vestrũ. Equalis quãtum ad amicabilẽ cõuersationẽ. iuxta illud eccĩastici. xxij. Rcõrẽ te posuerunt fratres tui noli extolli. esto inter illos quasi vnus ex illis. ¶ Dicit Aristotiles xij de animalib⁹. ꝙ cor est cõmune principiuꝫ. a quo oĩa mẽbra vitam et principiũ recipiũt. declinans in homine magis ad sinistraꝫ partẽ ꝗm ad dextrã. Isto modo prelatus est cor in corpe xp̃i mistico. a quo omnes subditi recipe debent virtutẽ et cõsolationẽ. et influentiã sui motus. Debet tñ ad infirmiores cõpaciendo fauorabiliter declinare. Vnde bernardus. Sciant fideles prepositi anĩaruꝫ languẽtiũ curaꝫ sibi traditã. Cũqꝫ interdũ cuiusqꝫm murmur querule vocis deprehendũt. etsi in ip̃os vsqꝫ ad cõuicia ꝓrumperint. medicos se nõ dominos cognoscẽtes. parent cõfestim contra anĩe

frenesim non vindictā sed medicinā. ¶ Natura iterum docuit oīa animalia. q̄ maiorē curaꝫ habent de fetib⁹ adhuc debilib⁹. q̄m q̄n facti sunt fortes. Cōtrarij ergo sunt nature prelati ad infirmos crudeles. ¶ Item prelatus potius assumit̄ ad onus q̄m ad honorem nō ꝑpter bonos ꝛ ꝑfectos. sed ꝑpter minus bonos. Et ideo illos subditos. qui ꝑpter aliquā infirmitatē mentis vel corpis sunt onerosi non debet ꝑicere. sed potius humeros supponere ad portandū Bernardus. Quid causaris aliquoꝝ qui tecū sunt magis grauari consortio q̄ꝫ frui solatio. cū solus oībus datus sis solaciū tanq̄ꝫ omnium sanior oīm fortior. Quotiens ergo de tuis inueneris tristes. pusillanimes ꝛ querulosos. ipoꝝ patrē te cognoscēs et abbatē. consolando exhortādo. increpādo age opus tuū. ꝛ portādo sanes. quos seruando portas. Tales em̄ suscipiēdi sunt inter brachia paciētie. vt sint materia ad merendū. Vnde ꝛ grego. li. ij. sup ezechielē omelia. ix. Bonus ille discipulus qui magistrū tollere in aere videbat p magnū caritatis affectū clamabat dicēs. Pater mi pater mi. currus isrl̄ et auriga eius. Quid est fratres k̄mi q̄ helyas currus isrl̄ ꝛ auriga dicit̄. nisi quia auriga agitat ꝛ curr⁹ portat Prelatus ergo q̄ mores populi ꝛ ꝑ patientiā sustinet. ꝛ sacri eloquij verba docet. et curr⁹ dicit̄ ꝛ auriga Curr⁹ quia tolerādo portat. auriga quia exhortando agitat. Curr⁹ quia mala sustinet. auriga quia ppl̄m bonis ām̄onitionib⁹ exercet. ¶ Preterea sciendū q̄ prelato necessariū ē vt timeat̄ ꝛ amet̄. sed scdm̄ est meli⁹. Ideo dicit aug⁹. in regula. q̄ q̄muis vtrūq̄ꝫ ꝑlato sit appetendū. sꝫ timeri ꝛ amari. tamen scdm̄ plus. Est aūt necessariū ꝑlato vt timeat̄. ꝛ hoc ꝑpter subditoꝝ vtilitatē. Sunt em̄ multi illoꝝ frequēter qui magis timore q̄ꝫ amore inducunt̄ ad bonum. Aug⁹. Sicut meliores quos amor dirigit. ita plures sunt q̄s timor corrigit. ¶ Item ꝑpter status sui exigentiaꝫ Indecēs em̄ est et incōueniēs. q̄ aliquis presit aliquib⁹ et non timeat̄ ab eis. Et ideo dn̄s qui dedit homini dominiū sup aīalia. misit cū hoc timorē ipius sup ea. Gen̄. ix. Terror vester ac tremor sit sup cuncta aīalia terre. ¶ Item ꝑpter dei honorē. Nō em̄ est

ad honorē regis sed confusionē. cū eius baculus nō timet. Et ideo dicitur prelatis luce. iiij. Qui vos spnit me spernit. ¶ Sunt autē tria que valēt ad hoc vt platus timeat. Primū est morū grauitas. Sicut enī qn cōformat se quotidianis leuitatib9 multitudinis. fit ex hoc cōtemptibilis platus. sic grauitas facit eū haberi in timore reuerēciali. Propt hoc dicit iob. xx. Videbāt me iuuenes et abscō debant. ¶ Scdm est vsus autoritatis. Sūt enī quidā qui nunqm pdeunt ad opus aliqd virile ex autoritate quā habent. et ideo non timent. sicut statue que nunqz aliquid faciunt. pcessu tpis non timent ab auibus. Et ideo dicit ad thitū. ij. Argue cū omni impio nemo te cōtempnat. Quasi diceret. Ideo fac hoc impiose. ne vertaris in cōtemptū. ¶ Terciū est rigor iusticie. cū videlicet talis ē q non credit q aliquo mō a iusticia flectat. Et ideo dr de herode marci. vj. Herodes metuebat iohānē sciēs eū virū iustum et sanctū ¶ Iterum scdm qd dictū est. licet sit necessariū plato q timeat. tū magis est ei curādum de amore subditorꝝ. et hoc multis de causis. Quarum alie sunt ex pte subditorꝝ. alie ex pte plati. Qd sic patet. Illud qd imponit amāti licet difficile sit. tū fit facilius qz qd imponit timenti. Vnde auctoritas. Amanti nihil est difficile. ¶ Item quod fit a tali quia fit hilariter. et non cum tristicia sicut quod fit ex timore. acceptum est deo. secunde ad corintheos nono. Non ex tristicia vel necessitate. hilarem enim datorez diligit deus. ¶ Item timentis est fugere. diligentis vero adherere. et idō vbi subditi timentes fugiunt. interdum ipsi diligentes adherent plato infatigabiliter. sicut lucas paulo scdm hieronimum. Et ideo dicitur ad colosenses. iij. Caritas vinculuz perfectionis. id est vinculum perfectum. ¶ Item prelati indigēt portari in multis. hoc autem facit amor Augustinus. Tantum quisqz portat quantum amat. ¶ Item indigent iuuari in multis. hoc autem facit dilectō Amici enim est iuuare amicum. et pro adiutorio solet vnus ad alterum recurrere. Vnde illud Job. xix. Miseremini mei miseremini mei saltē vos amici mei. scilicet ad iuuandū. ¶ Item frequēter

a subditis molestantur. sed dilectio non nouit hoc facere. quia dilectio proximi malū non operatur. scʒ contra dilectū ad romanos. xiij. Quantū ergo prelati debēt apparere vt a subditis diligātur. tum quia subditos facilius hec dilectio faciat obedire. et acceptabilius deo seruire. et fortius eis in bono adherere. et ipsos platos facit portari in suis defectib⁹. et in suis iuuari negocijs. et eos se habere quietius. Ideo non solū aug⁹. sed et bernardus dicit ad prelatos. Stude magis amari q̄ʒ timeri. Et ysidorus. Talē te redde subditis. vt magis ameris q̄ʒ timearis. Quis ergo dubitet quin hoc a spiritu sancto sit. in quo tres tanti doctores vno ore concordant. ¶ Sed notandum ad hoc vt platus amet a subditis cauendū est ei a superbia. Hec em̄ non diligi facit. sed odiosum reddit Ecclesiastici sexto. Odibilis est corā deo et hoīb⁹ superbia. In policratico libro quarto. ca. vij. Quisquis gradū proprie celsitudinis amat. humilitatis cultum in moribus diligētissime teneat. Unde in lege imposita principibus et platis Deutronomij. xvij. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos. Quod precipue necessariū est sepius replicat eo q̄ hūilitas nunq̄m satis videt cōmendata principib⁹. et difficilimum est vt gradus honoris. tumorē nō pariat in aīo imprudētis. Superbis vtiqʒ resistit deus. et hūilib⁹ dat gratiā. Prouide ergo rex orat non veniat mihi pes superbie Nō itaqʒ superbiat super fratres suos. sed cū fratrē meminerit. fratrū subiectis oībus impēdat affectum. Nec tm̄ eatenus superbiā vitet vt incidat in contemptū. quia sicut elatio ita abiectio declinā da est. Deniqʒ quē superborū legisti regnare diutius. ¶ Item cauendū est etiā ei a duricia Hec enim reddidit roboan pplo odiosum. iij. regū. xij. Et ideo dicit econtrario eccl'iastici quarto. In māsuetudine opa tua perfice. et super hoīm gloriā diligeris. Ait ouidius. Est piger ad penas princeps ad premia velox. Quiqʒ dolet quotiēs cogit esse ferox. Uerūtm̄ ipsius māsuetudinis modus. quo caritatis brachijs subiectos vt fratres amplexatur limitibus claudit. Sic etm̄ fratres diligat. q̄ errores eorum medicinaliter corrigat. Sed in cruciatu mēbrorum corporis cui⁹ plat⁹ caput est. legi tristis et gemēs famulet. id est doleat cū exigentibus

culpis vindictam exposcit. Deniqȝ honor regis iudiciuȝ diligit. et
delinquentiū culpas tranquilla mentis moderatione compescit.
quia cessante iusticie stimulo populus se in illicita resoluit. ¶ Itē
a singularitate. Cum eñ conformat prelatus se alijs. et est in illis
quasi vnus ex illis. ex hoc acquirit sibi amorē alioꝝ ecclesiastici. xiij
Omne animal diligit sibi simile. Similiter ergo patet quantum
plus necessaria dilectio. q̄ȝ timor subditoꝝ prelato. et a quib⁹ cauē
dum est ei vt diligat̄. Item tulius. Prelati officium sit studia mul
titudinis ad suas vtilitates allicere. Omniū eñ rerū nihil aptius
ad p̄lationes tenendas q̄m diligi. nec quitq̄ȝ alieni⁹ q̄ȝ timeri. Tu
cius est eñ volētibus q̄ȝ coactis impare. ¶ Sciendum aūt q᷑ ad
hoc q᷑ aliquis prelat⁹ sue familie appareat curialis ꝛ amabilis. de
bet ante omnia habere liberalitatē in donis. ad instar thiti impa-
toris. qui recordat⁹ sup thronū q᷑ nihil cuiq̄ȝ tota die p̄stitisset do-
lens ꝛ gemēs dixit. o amici hūc diē perdidi. vt refert suetoni⁹ libro
de xij. cesarib⁹. Idē quoqȝ thitus impator ait Nō oportet quēquā
a sermone principis tristē discedere. ¶ Itē precipuū qđ inter p̄la-
tum ꝛ subditos dilectionē causat ꝛ ꝯseruat est innocētia et puritas
vite ꝛ cōscientie. Vnde in policratico libro. vi. capi. xxix. Si in sui
ipius custodia quisqȝ laborat ꝑfecto optim⁹ erit status singuloruȝ
et omniū. vigebitqȝ virtus religionis regnāte vndiqȝ mutua cari-
tate. Omnia siquidē religionis mala ex peccati infirmitate ꝓueni
unt. Nā ꝛ inferioꝝ delicta bonū principē demerent̄. ꝛ peccata su-
perioꝝ subditis sunt occasio ꝛ autoritas delinquēdi. Mansuescit
itaqȝ princeps ab innocentia subditorum et subditorum motus re-
primit innocentia prelatorum. Placito namqȝ deo omnis creatu-
ra mitis est et seruit homini. et eo indignante omnis creatura ar
matur in vltione ei⁹. Coruus helyā pauit. vrsus famulatū impen
dit ꝓphete. vt pcat danieli ferocitatē dedidicit leo. ꝛ collectā nescit
esuriem. vnda siccis iustoꝝ calcat̄ pedib⁹. aduersos pueros succen-
sus ignis in fornace nō ꝓficit. Ad votū fidei aer ymbres ꝛ terra fru
ctum negat. ꝛ celū ipm in impios euomit ignes suos. Porro etsi in
exercitio virtutum sit remissior p̄latus. colendus est tamen. ꝛ sicut

apes in humeris regem suum attollunt ita subiecti dum p̄niciosus vicijs non sit. oīno ei exhibeant famulatū Nam etsi laboret vicijs ferendus est tanq̄ʒ in quo salutis auspicia subditis extant.

Quot prelatus bono exemplo suo allicere debet subditos suos ad virtutes quartum capitulum.

Quarto et vltimo debet prelatus habere motū precessoris et informatoris. ꝛ hoc notat̄ cum dicit̄ ducē. Ad strēnuitatem boni ducis nō sufficit bene monere precipere ꝛ corripere. sed necesse est strēnue eū se habere ꝛ virtuose. ꝓ loco ꝛ tp̄e militare. et qd̄ p̄cipit alijs exercere aliquotiēs et factis suis debet adimplere. Vnde greg. in codice regule pastoralis titulo. xxvij. dicit. Apud districtū iudicē prelatus cogit̄ tanta in ope exsoluere. quāta eum cōstat voce alijs p̄cepisse. Idem. Lex quippe est ip̄is prelatis et p̄dicatoribus posita. vt viuendo impleāt quod loquēdo suadere festināt. Talis dux fuit iulius cesar qui nūq̄ʒ dixit militib⁹ suis ite sed venite. Et subiūgit causam. Labor inquit p̄ticipatus cū duce videt̄ militib⁹ esse minor. sicut de eo scribit iohānes galensis. Tal dux fuit abymalech qui p̄scindens arboris ramū. impositūq̄ʒ ferēs hūeris suis. socijs suis dixit. Quod me videritis facere cito facite. Igitur certatim ramos de arborib⁹ p̄scindētes sequebant̄ ducē. iudicum ix. Vilissimus itaq̄ʒ cōputandus est. nisi p̄cellat sanctitate ꝛ sciētia. qui est honore p̄stantior. Vnde in policratico libro. v. capi. vij Inpossibile est vt alios vtiliter regat. quē ꝓprius subuertit error. Ait em̄ salomon. Vbi nō est gubernator pp̄lus corruet. Et alibi. Rex insipiēs p̄det pp̄lm suū. Notandū aūt q̄ p̄lato non soluʒ sufficit dicere more scribarū ꝛ phariseoꝝ. qui dicunt et nō faciūt. ſ3 debet exemplo xp̄i facere ꝛ docere. ymmo sicut summe pertinet ad eum docere ita pertinet ad eum summe facere. Gregorius in pastorali. Sit rector operatione precipuus. vt vite viaʒ subditis bene viuendo denūciet. et grex qui pastoris vocē moresq̄ʒ sequit̄. per exempla melius q̄m p̄ verba gradiat̄. Qui em̄ loci sui necessitate exigitur summa dicere. hac eadē necessitate cōpellitur summa mōstrare. Vnde greg. nazāzenus in apologetico. Si quis est in rectore vicioꝝ morbos. facile in subiectos sibi trāsfundit. et multo faci:

us qd malū est ab eo trāsit. q̄z si quid in eo virtutis fuerit. In quo ego quoqz soleo crebro apud memetipm de talibus admirari plurimum. q̄ tā facile sine aliq̄ labore. atqz vllis āminiculis malicia p̄ficit. et nihil tā facile est q̄z effici malum. et etiā si nemo doceat nemo cōpellat. raro aūt et p̄difficile sit fieri bonū. Idcirco etiā dicit crisost. in dyalogo suo libro. iii. Sic quippe natura ipsa p̄patū est vt regētiū mores vulgus imitet. et q̄si in ymagine ita in vita p̄sidētium intēdēs. studeat illorū q̄z potest fieri similius. Neqz eīm errores platorū abscōdi possunt oculis. sed etiā exigua eorū celerit innotescūt. Sicqz oēs de factis iudicāt plati. q̄si nec carne circūdat9 sit nec hoīm infirmitate teneat. Hec crisost. Propter hoc ergo bene dicit aug9 in regula. Circa oēs seipm bonorū opm p̄beat exemplū. Non sit cnotentus verbis bonis ad subditos. sed potius imitatur bonis exēplis opm. sicut et bn̄dict9 in regula de abbate loquēs dicit Oia bona et sctā factis ampli9 q̄z verbis ońdat. ¶ Itē nō sufficit ei facere bona occulta. nisi faciat et manifesta. Vn̄ d̄r primitiuis p̄latis. Sic luceat lux vestra corā hoīb9. etc ¶ Itē nō sufficit ei cauere a malo exemplo. nisi det et bonū. Vnde luce. xii. d̄r eisdez exemplo. Sint lumbi vestri precincti. qd̄ p̄tinet ad declinatiōez a malo scd̄m augu. in sermone. et lucerne ardētes. qd̄ p̄tinet ad ostēsionē boni exempli. et ideo dicit aug9 bonorū. ¶ Itē nō sufficit ei dare exemplum in vno bono. nisi etiā det in oībus Ad thitū. ii. In oībus prebe te exemplū bonorū opm Et ideo dicit aug9 bonorū opm in genere sine distinctiōe p̄ticulari. Itē nō sufficit dare bonū exemplū aliquib9 solū. nisi det et oīb9. Mat. v. Ponūt lucernā sup cādelabruz vt luceat oībus qui in domo sunt. Et ido dicit circa oēs. Sic ergo quīqz tāgunt in hoc verbo augu. circa plati exemplū Debet eīm potius imiti exemplis opm q̄z verbis. Itē nō solū opibus occultis ꝟ manifestis. ¶ Itē nō solū cauere a malo exemplo. sed dare operam ad bonū exemplū. ¶ Itē nō solū in vno. sed in oīb9. ¶ Itē nō solum aliquibus. sed omnibus debet dare bonum exemplum. ¶ Et notandum q̄ licet omnes debeant dare bonum exemplum. iuxta illud quod communiter dicitur omnib9 ad romanos decimoqrto.

ſemel conferebat cum ancelmo dicens. Quid faciemus cum pueris in clauſtro nutritis. non enim ceſſamus die ac nocte eos verberare ⁊ ſemper deteriores fiūt. Ad quem ancelmus. Quā bene nutrimentum veſtrum expenditis. qui de hominibus beſtias facitis. Dic mihi queſo abba ſi plantam vnam in hortu tuo plantares. ⁊ mox illā ex omni parte concluderes vt ramos ſuos nullaten⁹ expa[n]dere poſſet. qualis arbor inde ꝓdiret. Profecto inutilis. Sic et vos pueros ⁊ iuuenes tm̄ minis ⁊ terroribus coartatis. vt nulla eis liceat penitus libertate potiri. Unde fit ꝙ quia nec amorē dulcedinis vel pietatis circa ſe in vobis ſentiunt. nec alicuius boni in vobis poſtea fidem habeant. Contingit quoq₃ modo miſerabili. vt ſicut creſcūt in corpore. ſic in eis odium ⁊ ſuſpicio omnis mali creſcat. cu₃ a nullo fuerint in vera caritate nutriti. nullum niſi depreſſis ſuperciliȷ̄s oculo ve obliquo valeant intueri. Hec ille. Sapientie doctor clamat prelatos duros cōminans. Horrende ⁊ cito apparebit vobis. Quaſi dicat. Vos qui modo horribiles apparetis ſubditis veſtris imperatis enim non cum pietate ſed cum auſteritate. non cū amore ſed cum timore. cauete quia iudex veſter chriſtus horrende ⁊ cito apparebit vobis. Ueniet enim malis prelatis potenter cum incuſſione timoris. ſed bonis cum benignitate conſolationis. Nam iuſtum eſt ꝙ iudex prelatorum chriſtus conſimiliter ſe habeat ad eos quemadmodum ipſi ſe habuerunt ad ſubditos. Huius exemplum habemus in libro regū. Dixerunt ſenes ad roboam. Si locutus fueris ad eos verba lenia erunt tibi ſerui cunctis dieb⁹. Sed ipſe econtrario fecit de conſilio iuuenum. et ex vno verbo aſpero factum eſt ſciſma in populo qđ nunq̄₃ potuit poſtea ad concordiam reuocari Ex parte ergo prelatorum attendēda eſt lenitas et diſcretio in precipiendo ſicut docet apoſtolus. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros. De hac etiam lenitate ſcriptum eſt. In fide ⁊ lenitate ſanctū fecit illū. Turpe quidē ⁊ abſurdū ē in p̄lato cū ira et auſteritate corripe. ſicut ad thimotheū apl's ſcribēs ait. Seruū inquit dn̄i nō oportet litigare. ſꝫ ad oēs manſuetū eſſe ⁊ patientē et

cum lenitate eos corripere qui resistunt veritati. Legitur qm̄ aque
syloe cū silentio currūt. aque vo rasin transeunt cū tumultu. Cūqꝫ
spōsa in canticis dicat amicus meus bibit vinū cū lacte. id est rigo
rem exercet cum lenitate. ipa cōuersa ad sponsum ꝛ seueritati man
suetudinem preferens. meliora sunt inquit vbera tua vino Cum p
ph[illegible]ret. ecce spiritus grandis conterens petras. ꝛ non in spi
ritu dominus. ꝛ post spiritum cōmotio. et non in cōmotione domi
nus. ꝛ post cōmotionē ignis ꝛ non in igne dominus. adiūgit ꝛ post
ignem sibulus aure tenuis ꝛ in eo dominus. Nam cum spiritus ire
et cōmotionis ꝛ ignis iracūdie deo displiceāt. ipsi accepta est lenis
et blanda correctio. Verūtamen in hac lenitate aut potius in hoc
melle fel fructuose correctiōis absconditum est. Nam in sua lenita
te zelum. ꝛ in blandiciȷ̄s suis aculeos habet. Et ecce in suauitate et
pace eius amaritudo amarissima aduersus eos qui ignorāt ꝛ errāt.
Verūtamen verius diligit seuerius corrigit occulte tamen. et effi
cacior est in eo ad emendationem subditoruz lenitas columbina q̄z
seueritas exterior ꝛ indignatio vultuosa. sicut in hieremia notatur
Data est inquit terra iniquorū in desolationem a facie ire colūbe.
Hec lenitas spiritum fortitudinis habz. Et vt verbis iob vtar hec
est que dicit regi apostata. ꝛ duces impios vocat. Hec non accipit
personas principum. nec agnoscit tyrannū cum disceptauerit con
tra pauperem. Attende igitur quia distinctionem recipiunt. suasqꝫ
vires vtiliter ꝛ prudēter alternant blanda ꝛ seuera correctio. Nam
de vtraqꝫ in ezechiele scriptum est. Ignis erat in medio. ꝛ d medio
ignis quasi species electri. Cum sit electrum genus metalli tempe
ratissimū. significat correctionis suauissimum blandimentuz. De
seueritate autem ibi scriptum est. Ignis erat in medio animalium
et de igne fulgur egrediens. Debet itaqꝫ quādoqꝫ mansuescere seue
ritas. Nam in opere templi leones sculpti sunt ꝛ lora dependētia.
in quo notat necessariuz esse vt discipline seueritas refrenata loro
mansuetudinis temperetur. Verūtamē remissio que os prelati ob
struit. que mentem eius deȷ̄cit. que adulatorem ꝛ venditorem olei
facit. dum sibi quietem et honorificentiam venatur in fauore sub:

ditorum.hec miseros precipitat in foueam scandalorum. In hac fo
uea vt dicit propheta cubauit lamia et inuenit sibi requiem. Hec ad
prelatos. ¶ Deniqz ad propositum redeundo sciendum est quod ad per
fectam et meritoriam obedientiam septem requiruntur. de quibus
extant hi versus. Esse libens simplex hylaris subiectio deb...
velox fortis humilis mors finis ei sit. ¶ Primo ergo req...ur quod sit
libens. hoc est quod claustralis propriam voluntatem relinquat. et sine
contradictione cordis et oris. superioris volun...am faciat suam. ad
philippen. ij. Omnia facite sine murmuratione. exemplo christi qui
ait Johannis. iiij. Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui mi
sit me. Vbi sic dicit aug9. Optimus minister tuus est. qui non ma
gis intuetur hoc a te audire quod ipse voluerit. sed poti9 hoc velle quod
a te audierit. Porro de periculo et magnitudine peccati illorum qui
non libenter obediunt sic dicit bernardus in epistola ad adam mo
nachum. Si moleste ceperis sustinere si iudicare prelatum si mur
murare in corde. etiam si exterius impleas quod iubetur. non est virtus
obedientie sed velamen malicie. Nemo ergo seipsum decipiat vt pu
tet sibi exteriorem sufficere obedientiam. nisi etiam ex intimo cordis
affectu et cum bona voluntate obediat. Gregorius Non seruili metu
obedientia sed caritatis affectu seruanda est. Et ideo augustinus
volens determinare in regula sua qualis debet esse obedientia sic di
cit. Preposito tanqz patri obediatur non domino. vt sit obedientia filia
lis. sicut decet filios ecclesie. De ista etiam superficiali et exteriori obe
dientia sic scribitur in preallegato libro de gestis saluatoris. Obedi
uit quis insipide prelato temporaliter eum veritus. et confratrum per
horrescens discrimen. pacem quesiuit iste in terris sed non bone vo
luntatis. gloria vero ex hoc sibi non erit in excelsis. Et paulopost.
Obedire ad oculum carnis. carnis meritum habet. obedire ad ocu
lum spiritus supcelestia merita captat. Et ratio ei9 in promptu est. quia
voluntatis humane tam nobilis est condicio. vt nullum actum de
nominet nisi ad illum actione voluntaria declinauerit. Et hec est
causa quare lux doctorum augustinus indefesse tenet non esse bonum
et malum nisi in voluntate. Quapropter siue bonum siue malum no

lens quis faciat. nullatenus ei sed cogenti imputandum est. Qualiter igitur bonus et non potius malus reputabitur. qui bona peragit et mala desiderat. et per se quidem nepharia. per accidens vero cōmittit vtilia. Vnde obedientie meritum nō consistit in eo quod agitur aut toleratur exterius. sed in eo qđ interius abnegatur. Gre[illegible] in sermone. Cum ad opus bonū ex bona voluntate non ducitur. re[illegible]istam sine fructu peccator operatur. quia vt ait augus. libro. xiij. de trinitate. mala voluntate vel sola miser quisqꝫ efficit. Sed seneca in epistola. lxxij. Sola voluntas beate ac misere vite sibi causa est. ¶ Secundo ad perfectam ac meritoriam obedientiam requiritur q̄ sit simplex. hoc est q̄ claustralis non debet esse curiosus ad inuestigandum quare hoc precipitur vel iniungitur. vel quare sibi magis q̄ꝫ alteri iniungitur nec debet cōtra precipientē murmurare de inutilitate rei iniuncte. vel de impossibilitate excusationem pretendere. sed simplici corde se ad obediendum promptū reddere. Ad hanc simplicitatem pertinet q̄ scribit venerabilis magister iohannes gerson super magnificat ca. Deposuit potentes đ sede. Nolo te inquit curiosum scrutatorem esse vite aliene. Semper memineris precōij caritatis. quia non cogitat malū. Vox est christi. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris. Fuge ergo quantū potes iudicium đ aliorum vita. tecum habita. te cogita te circūspice. clausos in alienis sceleribus apertissimos in tuis oculos habe. Quid necesse est vt alienis sordibus cor tuum inquines. aut impleas suspitiōibus maliuolis et impuris. Vnde bernardus. Omnibus nobis in conuersationis inicio nulla virtus est magis necessaria. q̄ꝫ simplicitas humilis. et grauitas verecunda. De hac verecundia in policratico libro. viij. ca. ix. Postremo vnum ad qđ totius philosophici cetus tendit intentio. scꝫ finis honestus letus exitus et iocūdus. qui plane euenire non poterit. nisi philosophia omnibus officinis et omniū ministris officiorum custodem adhibeat verecundiam. que parens est vt ait cassianus oīs honesti consilij. solenniū officiorum tutela. magistra innocentie. cara proximis. accepta alienis. priuatas negligens facultates. vt cōmunes amplificet. oīi lo

co omni tempore pre se fauorabilem gerens vultum. adeo quidem vt etiam in verecūdis feratur accepta. In vitispatrū libro .xi. legitur q̄ senes dicebāt quia nihil sic querit deus ab his qui primicias conuersatiōis habent. quā obedientie laborē. Vnde ⁊ ancelmus libro suo de ssimilitudinibus dicit. q̄ iuuenes senioribus debent esse subiecti obedientes ⁊ obsequiosi. Sicut enim fructus non se[illegible] in arbore in qua flos primo non apparuit. sic ⁊ in senect[illegible] honorē legittimū consequi non poterit. qui in adolescentia alicuius discipline non laborauit. In tractatu quoq̄ de .xij. abusionibus dicitur q̄ tercius grad⁹ abusionis est adolescens sine obedientia. Et sequitur. Sicut in senibus sobrietas ⁊ morum perfectio requiritur. sic in adolescentibus obsequiū ⁊ subiectio ⁊ obedientia rite debet. Ideo seneca epistola .xxxviij. dicit. q̄ iuueni est parendum seni verendū. Recitat valerius in libro .ij. ca. j. q̄ senectuti iuuentus ita cumulatum ⁊ circūspectum honorem tribuebat. tanq̄ omnes maiores natu. omniū adolescentiū cōmunes patres essent. Sed forte dicit aliquis ex simplicioribus. Vtinam esset mihi talis abbas ⁊ prior. qualis fuit beatus bernardus. obedirē faciliter imperanti. Nunc vero dum mei superioris paruam sapientiam ⁊ imperfectionē multiplicem conspicio. non possum ei ex corde obedire. neq̄ audeo ei conscientiam meam cōmittere ⁊ salutē. Quisquis ita dicis ⁊ sapis. erras et desipis. Non enim cōmittis te ⁊ salutem tuam in manus hoīs quia prudens est aut plurimū litteratus aut deuotus. sed quia ē tibi scd̄m regularem institutionē prepositus aut p̄latus. Quāobrē obedias ei non vt homini sed vt deo iubenti. si tamen non contra deū. Et sepe tanto erit deo tua obediētia placentior tibiq̄ fructuosior. quāto ē indignior ille cui ꝓpter deū subijci non refugis. Hec iohannes gerson cācellarius parisiēsis. Quā obediētiā bernard⁹ confirmat ita dicēs. Nō te moueat magr̄ imperitus. indiscreta ptās. sed memēto quia nō est ptās nisi a deo. De isto mō obediēdi scȝ simpliciter sine dijudicatiōe p̄lati aut p̄cepti sic habetur in vitispatrum libro .xiiij. Dicebāt senes quia si quis alicui patri se tradit ad subiectionem non debȝ attendere in mandatis dei. sed patri suo spirituali

omnē voluntatē suā cōmittere. qr illi p omia obediēs nō incurret peccatū apud deū. Sed heu heu q̄z pauci inueniūt tales obediētes quinpotius ē inuenire qui statuta senio4 z ordinatiōes plato4 stu diose discutiūt. herēt ad singula que iiungunt. exigūt de quibusdam rationē. z male suspicāt de oī pcepto. nec vnq̄z libēter obediūt. nisi cū audire ptigerit qđ forte libuerit. De quib9 dicit bernardus i ser ... đ ↄuersiōe scti pauli. Sit pfecto sic mlto4 inquit vsq3 hodie pusillan.. itas z puersitas exigit. vt ab eis queri oporteat quid vis vt faciā tibi more illi9 ceci euangelici luce. xviij. nō ipsi querūt dn̄e quid me vis facere Actuū. ix. Cōsiderare eni necesse habet mister z vicarius xpi. quid sibi pcipi velint. nō ipsi ↄsiderāt que sit volūtas pceptoris. Hec bernard9. De hoc refert exemplū notabile li. x. vitas patrū. Legit nāq3 ibidē q quidā frater dixit cuidā seni magno. Ab ba volebā inuenire senē aliquē iuxta volūtatē meā z morari cū ipo Et dicit ei senex. Bene queris dn̄e meus. Jlle aūt affirmabat hu iusmodi esse desideriū suū. nō intelligēs que locutus ē senex ille. S3 cū vidxret senex eū existimātē q bene sentiret. dicit ei. Ergo si inue nis scđm volūtatē tuā vis manere cum eo. Et ille dixit. Etiā oīno volo hoc si inuenio scđm volūtatē meā. Dixit ergo ei senex. Nō vt tu sequaris volūtatē senis illi9. s vt ille tuā volūtatē sequat. et ita i eo repauses. Sensit aūt frater ille que dicebat. z surgēs pstrauit se ad pniā3 dicēs Jgnosce mihi qr valde gloriabar. estimans me dice re cū nihil tenerē. Hec ibidē. Qđ igit iā supra dixi repetā. Est eni3 minime tediosa s iocūda re4 vtiliū repetitio. Teneat ppterea me morit religiosus q̄sq3 q oīs inobediētia murmuratō z pp2ij sensus ptinacia deuiat a via vite. z deducit monachū in pditionē. Ait an thoni9. Jngēs demonū turba istū puolat aerē. nō pcul a nobis ho stiū caterua discurrit. Hostile illis ↄtra oēs xpianos marie ↄtra mo nachos z vgies xpi odiū ē. Nō h3 aūt efficaci9 venenū ad infectio nē spūalē claustraliū diabol9. q̄3 si suadeat ppzias seq̄ volūtates. z sue prudētie sēsualitatiq3 initi. ¶ Tercio ad verā obediētiā reqrit q sit hilaris. hoc ē scđ3 august. ad frēs đ heremo q mōach9 corde io cūdo facie serena. ore risorio. z oculo ornato. sctitatis splēdore cū oī

caritatis affectu obediat. quia scḋe ad Cor. ix. dicit̄. Hylarē datorē diligit deus. Ecclesiastici. xxxv. In oī dato hylarē fac vultū tuū. De hoc modo obediēdi dicit etiā btūs bernardus sic. Serenitas in vultu ⁊ dulcedo in sermōe multū colorant obedientiā obsequentis Nubilosa corpis cōpositio. ⁊ facies tenebris tristicie obfuscata deuotionē ab aīa recessisse significat. Quis enī libenter imperat homini tristiciā efflanti. Felix plane ille monach⁹ qui talē se [illegible] plato suo vt audacter ei qḋ vult p̄cipiat cuiusmōi erat [illegible]ilemon. ad quē scribens paulus ait. Confidens de obedientia tua scripsi tibi, sciens qm̄ ⁊ sup illud qḋ dico facies. Bernardus. Illū optimū dixerim gradū obediētie. cū eo aīo opus iniunctū receperit. q̄s q̄ et p̄cipitur. ¶ Quarto ad pfectā obedientiā requirit̄ q̄ sit velox ⁊ celeris. Vn̄ bernardus. Verus obediēs mandatū non pcrastinat. ꝑ statiꝫ parat aures auditui. pedes itineri. manus operi. ⁊ se totū intus colligit vt mandatū pagat imperātis. nō attēdēs quale sit qḋ p̄cipit. hoc solo ꝯtentus quia p̄cipit. Itē hieronim⁹. Perfecta obediētia ē sua relinquere impfecta. ⁊ imperātis implere p̄cepta. Qḋ factū legit̄ de quodā sancto monacho nōie marco. q̄ sedebat scribēs in cella sua. ⁊ cū incepisset litterā o. et fecisset quasi medietatē illi⁹ circuli. audiuit vocē spūalis patris clamantē. qui statim relicta illa littera impfecta festinauit ad ostiū cellule. vt volūtati patris satisfaceret. De hac festinatiōe scribit̄ ꝓuerbiorꝫ. xxij. Vidisti hoiem velocē in ope suo. corā regibus stabit. nec erit ante ignobiles. Ad hanc celerē obedientiā imitamur a dn̄o dicēte Luce. xix. zachee festinans descēde scꝫ a ꝓpria voluntate ⁊ affectiōe siue ꝯcupiscentia Et sequit̄ remuneratio. Hodie salus huic domui facta ē. ¶ Quinto ad verā obedientiā requirit̄ q̄ sit fortis ⁊ virilis. Vn̄ bernardus in libro de p̄cepto ⁊ dispensatiōe. Perfecta obediētia legē nescit terminis. non artat̄. nō ꝯtenta angustijs ꝓfessiōis largiori voluntate fert̄ in latitudinē caritatis. ⁊ ad om̄e qḋ iniungit̄ spontaneo vigore liberalis alacrisqꝫ cōmodū non ꝯsiderans in infinitā libertatē extendit̄. Idem quoqꝫ alibi ptractās illud ꝓuerbiorꝫ vltimo. Manū suam misit ad fortia sic dicit. Agendū est instanter et ꝯstāter obedi

endum.nec inter asperitatem verberũ tam regalis est semita relin
quenda.⁊ loquitur ꝺ semita obedientie. Christus etiam hanc semi
tam ꝑ morte ignominiosissima relinquere voluit. Juxta illud ad
philippeñ.ij. Factus obediens vsq3 ad mortem.mortē autē crucis.
Mementote quia christus ne perderet obedientiam perdidit vitā
Hec bernardus. ¶ Sexto requiritur ad perfectam obedientiam ꝙ
[illegible] humilis. Juxta illud luce.xvij. Cũ feceritis omnia que p̄cepta
sunt vo[illegible] dicite serui inutiles sumus. Dicamus semꝑ cõtraria ad
superbi pharisei verba. Deus ignosce mihi peccatori quia non sum
sicut ceteri hominũ innocentes. castitate pollentes. oratiõi instan
tes. sobrie iuste ⁊ pie viuentes in hoc seculo. fructus digne peniten
tie facientes. sicut etiā hic publicanus ⁊ sicut meretrix hec. ꝺ quali
bus iurat veritas ꝙ precedent in regno dei phariseos. Nõ ieiuno
non decimas do. ⁊ si quid aliquid boni facio illud qua districtione
a te iudicet̄ ignoro. aut quo fine terminet̄. Hec beda. Vñ bernardꝰ.
Magna virtus hũilitatis. sine cuius obtẽtu virtus obediẽtie non
solũ virtus non fit. sed etiā in sup̄biā detestabilē erũpit. Siquidē
vt ait petrus blesen. in ep̄la Jlle qui in altis habitat et humilia re
spicit superbiā sup̄ oīa detestat̄. Hec est eñi illa athalia que fere om
ne genus regiũ extirpauit. Hec est bestia saltus que deuorauit exer
citũ absolon. Hec est erugo et tinea que omnē mētis ornatũ depra
uando ꝯsumit. Juxta p̄ceptũ quoq3 diuine legis qui dederit ꝺ semi
ne suo. id est de opere obediētie sue idolo moloch. id est regi sup̄bie
moriet̄. De isto mō obediendi sc3 humiliter sic dicit venerabilis do
ctor ⁊ magister libri ꝺ gestis saluatoris libro. iiij. Pro nostra inquit
forma viuendi. dñi iesu obedientiā oculo fidei videamus. ꝺ qua di
cit euangelista. Descendit cũ illis iesus nazareth. et erat subditus il
lis. Descēsus est in obediētia. Nam nisi animus ad yma descendat
oĩno reluctabit obediens. Hic descensus ab arce mentis fit ab oĩ al
titudine cordis. ab oĩ tumore mentis. ab oĩ iudicio elationis. ab oĩ
ꝓposito contradictionis. ⁊ ab omni reputatione ꝓprie cognitiõis.
Vsq3quo erit descensus. Nazareth est terminus. Nazareth flos est
Florida nāq3 in odoribus. florida in aspectibus debet esse obedien

tia. Nazareth est virgultum. et sine virga correptionis et discipline
obedientia perfecte non agitur. Qui parcit virge odit filium dicit
scriptura de carnali filio. Verū sic experientia docet de spūali filio
atq3 patre. Luce clarius patet q pater spūalis nō corrigens subdi
tum vsq3 ad eternā mortē odit eū Sit ergo in nazareth obedientia
et accipiat qui p̄est oīno virgultū. et corrigat quē assumpsit in filiū
Sanctitas interp̄tat̄ nazareth. Sāctitas certe a sanguinis tin[cto]
ra sumpsit iniciū. et sanctus sanguine tinctus dicit̄. et vsq[ad] sangui
nem impermisse oportet obedire. Nā et christus nazareth subdit?
factus est obediēs vsq3 ad mortē. et omnē sanguinis effusionē. Sed
qui erant huic monacho qui omniū dn̄s erat presidētes. Maria et
ioseph. veritas et caritas. His ducibus et his p̄latis sine intermissio
ne obediamus. Si qui autem precipiunt mariam illuminationez.
et ioseph augmentum a suis lateribus habeant. vt preter veritatē
et caritatem subiectis nullo modo precipiant. et preter ipsas subdi
tos alia scire non doceant neq3 cogant. Qui vero experimento nō
didicit obedientiam sepe incaute precipiet. sed fides obedientis li
berat vtrūq3. Durum est q sciat equitare nesciens ambulare. Doce
re vero qd quis non didicit aut presumptio aut stulticia aut para
clitus est. Nempe absq3 dubio non a verbo aut a libro. sed ab expe
rientia ipsarum. aut ab infusione comprehenduntur perfecte virtu
tes. Et si de christo dicitur. ex his que passus est didicit obediētiā
qd sequit̄ tacebo. Vn̄ gregorius primo dyalogorū. Vsus recte puer
sationis est vt p̄esse nō audeat qui subesse nō didicit. nec obedientiā
subiectis imperet. quā p̄latis nō nouit exhibere. De isto mō p̄cipi
endi habet̄ etiā in vitispatrū in li. xv. sic. Dicebat quidē senex. q2 si
quis cū timore dei et humilitate iniūgit fratri aliquid facere. sermo
ip̄e qui p̄pter deum egredit̄. facit ip̄m fratrē subiectū existere. et im
plere qd iniunctū fuerit. Si autē quis volens iubere fratri et non
hoc scd̄m timorē dei fecerit. sed per auctoritatem et austeritatem.
volens sibi in eo potestatem vendicare. deus qui videt occulta cor
dis non permittit eum audire vel facere quod iubetur. Manife-
stum est enim opus quod scd̄m deum fit. et iterum manifestum est

qđ in potestate iniungit᷑.q̄m qđ a deo est cū humilitate et obsecra
tione imperat᷑.qđ autē ex potestate cū furore et ꝑturbatiōe.vtpote
qđ a maligno est.¶ Septimo ⁊ vltimo requirit᷑ ad verā obediētiā
ꝙ sit ꝑseuerans vsqꝫ ad mortē.q꞉ sicut dicit grego.li. primo moral᷑.
Incassum bonū agit᷑ si ante vite terminū deserat᷑.q꞉ frustra veloci
ter currit qui priusq̄ꝫ ad metā ꝑuenit deficit.Et iohānes in apoca
lipsi ait.Qui vicerit scꝫ ꝓpriā affectionē ⁊ voluntatē.et custodie
rit vsqꝫ in finē oꝑa mea.dabo illi stellā matutinā.id est meipꝫ.Di
camus ergo cū btō iob in corde nostro.donec deficiā nō recedā ab
innocētia mea.iustificationē meā quā cepi non deserā.vt impleat᷑
in nobis illud sapiētie.Esto firmus in via dn̄i.⁊ sequet᷑ te verbum
pacis ⁊ iusticie.scꝫ illius qui dicet Venite benedicti patris mei per
cipite regnū.¶ De tribus modis obediēdi p̄cipue dedit dn̄s apl̄is
formā dicens.Non vos me elegistis ꝟ ego elegi vos ⁊ posui vos vt
eatis ⁊ fructū afferatis⁊ fructus vester maneat.vt scꝫ obediant hu
militer viriliter ⁊ ꝑseuerāter.Nō inquit vos me elegistis ne glorie
mini quasi ex vobis.ꝟ ego elegi vos ne sitis ingrati.q̄si nō acceperi
tis.⁊ posui vos vt eatis ⁊ fructū afferatis ne torpeatis ocio.gratiā
dei inuacuū recipiētes.⁊ fructus vester maneat q̄tenus ꝑseuerātia
coronet᷑.¶ Has dilectissimi septē obediētie regulas cordis auribus
retinere studeatis.nec ab ipsis ꝯdicionibus p̄scriptis ꝓprie volun
tatis p̄pediente sentimēto vnq̄ꝫ resilire ꝯtendatis.Hi sunt septem
gradus scale quā vidit iacob.vt habet᷑ genesis.xxviij.Cuiꝰ duo la
tera possunt intelligi pauꝑtas volūtaria ⁊ ꝯtinētia vel abrenūcia
tio ꝓprie voluntatis ⁊ ꝓprij sensus.¶ Attendenda v̄o sunt q̄tuor
que de hac scala dicūt᷑.Primū est ꝙ erat stans suꝑ terrā.in quo no
tat᷑ rectitudo intentiōis que debet esse in his qui viā obediētie in
grediunt᷑.⁊ excludit᷑ ꝑ hoc macula intentionis terrene.Nā eoꝝ qui
habēt terrenā intentionē in religiōe scala nō stat ꝟ potius iacet su
per terrā.sed potius directa est ad infernū.¶ Secundū qđ de hac
scala dicit᷑ est ꝙ cacumen eius tangebat celum.in quo figuratuꝫ est
ꝙ ꝯuersatio religiosoꝝ debet esse in celis.vel ꝙ īmediatus trāsitus
est in morte a via ꝑfecte obediētie in celū.Parū eniꝫ vel nihil mo

rantur perfecte obedientes in purgatorio. quia in vero obediente christus viuit et operatur. Iuxta illud ad gal. ij. Viuo ego iā non ego viuit vero in me christus. Nō est eniz verisimile q̄ deus sit in futuro eoꝝ vltor quoꝝ hic est actor. ¶ Tercium est q̄ iacob vidit angelos ascendentes et descendētes per scalā illā. in qua designatur q̄ via obedientie vita angelica est. Siue enī descendant vere obedientes fratribus suis ministrādo. siue ascendant deo assistendo in oratiōe lectione. meditatione. ad modū angeloꝝ voluntatem dei peragunt. ¶ Quartū est q̄ dn̄s erat innixus scale. in quo insinuatur q̄ perfecta obedientia se habet imediate ad deū. Nullū enim vel modicū interuallū est inter mortē vere obedientis et diuinam visionē. De hoc in climacho tale refertur exemplū. Cū enim quidā senex diceret alteri de quodā iuniore monacho q̄ mortuus esset. respōdit ille. Hoc mihi psuadere nequibis vt audiā et credā. Sciebat nāq̄ q̄ verus obediens in vita fuisset. Tunc senex ait. Veni et vide. Surrexerūt ergo ambo celeriter et ad cimiterium puenerūt. et clamauit ille alter tanq̄ ad viuentē. et dicit ei. Frater innocenti mortuus es. At vero pfectus obediens et post mortē obedientiā ostendens rn̄dit. Pater quomō possibile est hominē operatorē obedientie mori. Itē insinuatur in hoc q̄ dn̄s innixus est scale q̄ ipe paratus est iuuare et pseruare eos qui viā obedientie aggressi sunt. ¶ Pro his oībus dilectissimi studeamus hanc virtutē obediētie cordialiter adimplere. quā tam solenniter pmisimus apertis ianuis in pfessione. qm̄ si ptra votum inobediētes fuerimus. aut cū murmure obediētes. furti pculdubio rei tenebimur. et tanq̄ aliene rei inuasores scilicz abnegate voluntatis. peccati veniā non merebimur priusq̄ quod ablatum est fuerit restitutum. vt dicit august. in epla ad macedoniū. ¶ De cōmendatione huius virtutis scz obediētie. Sic dicit idē augus. sermō e. ij ad fratres de heremo. O venerabilis sanctaq̄ obedientia. tu salus omniū fideliū. custodia omniū virtutū. tu celū aperis et infernū claudis. tu etiā filiū dei ad terrā posuisti. et venit inter hoīes non vt faceret voluntatē hoīs. sed voluntatē patris qui misit eū. Voluntas enī patris fuit vt redimeret humanū genus. et reconciliaret ei crea

tura sua que perierat. et vt voluntas patris perficeretur filius fuit obediens vsqꝫ ad mortem. Vt ergo non esset nobis obedientia laboriosa. exitum presentis vite saluator per obedientiam terminauit. Iure ergo obedientia sacrificio ꝓponitur. quia de potestate diaboli nos eripuit. qđ nullum legale sacrificium facere potuit. Nec mirum si nos peccatores obedientie in hac vita subijcimur. qñ hanc mediator dei ⁊ hominū etiam in morte non deseruit. se ei subijcitur qui per oīa erat patri coequalis. ¶ Nos autē ꝓpter peccatū alijs hominibus subiecti sumus. Nam natura oēs equales genuit. sed inequalitas que accessit ex vicio ordinata est dei iudicio. Vñ oportet nos obedire hominibus. Ideo fratres mei attēdite ⁊ parati semꝑ estote ad obedientiam mandatoꝝ dei. paratas semper habētes aures auditui et linguā voci. pedes ituros festinate. manus ad opera sine mora parate. corde iocundo. facie serena. ore risorio. et oculo ornato sanctitatis splendore. non tamen timore seruili vel metu. sed omni caritatis affectu sanctam obedientiā seruare vos opto. Tūc enim ante tribunal iudicis abrahā non vos condēpnabit sed commendabit. non vos a se expellet sed conuocabit. nō vos maledicet sed sublimabit in eterna patria. O monache lege qđ dicitur melior est obediētia q̄ꝫ victima. que causa est. nisi ꝙ in victimis aliena immolatur caro. sed in obedientia voluntas ꝓpria ⁊ caro mactat̄. Estote ergo fratres mei obedientes. vt deū placare possitis de peccatis cōmissis Tanto enī citius placat homo deum. quanto repssa arbitrij sui superbia gladio precepti se immolat. Hec est illa obedientia que concordiam conseruat in angelis. pacem nutrit in monachis. tranquillitatem generat in ciuibus. Hec est illa obedientia sine qua respublica stare non potest. sine qua familia aliqua regi nō potest. O q̄ꝫ enorme viciū qđ obedientie contrariū fuerit. Per hoc diabolus celum perdidit. per hoc homo paradisum amisit. per hoc saul regnum. per hoc salomon amorem diuinū. O sancta dei sponsa obedientia. tu perfecta scala qua celum ascenditur. tu quadriga qua helyas vehitur in paradisuꝫ. tu porta fidelium paradisi ⁊ clausura reorū inferni. O sancta obedientia tu humilitatē nutris. tu pa

tientiam ꝓbas. tu mansuetudinem examinas. Estote ergo fratres mei cum abrahã obedientes. reddẽtes que sunt cesaris cesari. et que sunt dei deo. Tunc vero reddimus cesari debitum. quando duliam prelatis nostris reddimus. Hec enim dulia consistit in reuerẽtia in rerum exhibitione ꝛ dilectiõe. Hoc autem facere debemus non solũ pastoribus. sed etiam sanctis dei. ꝛ tunc reddimus per obedientiã que sunt cesaris cesari. Sed tũc reddimus que sunt dei deo. quãdo in latria perseueramus. Hec enim soli deo conuenit. Hec enim con sistit in oratione ꝛ gratiarũactiõe cultus exterioris homi[illegible] exhibi tione. ꝛ interioris mentis deuotione. qḋ facere et perseuerare deus ipse nobis in eternum dignetur. ¶ De cõmendatione etiam huius virtutis scȝ obedientie in libro de gestis saluatoris tale ponitur ex emplũ ymaginatũ. Quodã tempe conuentũ atq̃ ꝯgregationẽ oẽs virtutes inuisibilẽ fecerunt. in medio statuentes puellã paruulã. obedientiam. et veritas in medio surgens inuisibiliter ab omnibus perquisiuit. Habetis ne aliquid querele aduersus hanc. Et respon derunt. Nequaq̃. imo ipsa velut famula cum sit tamẽ primiceria nos omnes honorat. in om̃i loco tempe ꝛ opere nos vereť. nostras perficit voluntates. letificat cõgregationẽ nostrã. nec vnq̃ȝ queri monia aut murmur auditur ab ea. Ipam dicimus oĩno innocentẽ ac liberam sine exactione diuina debere regnum celoꝝ introire. Pla to respondente iudici deo ꝓ ea. Similiter fecerunt et demones ad uersus obedientiam querentes testimonia. ꝛ non inuenerũt ipsam in aliquo suis legibus subiacere sed oĩno rebellem. ꝛ nihil eoꝝ iuris inueniẽtes in ea maledixerũt atq̃ ꝯdẽpnauerunt eã ab ipoꝝ regno disponentes ꝯtra eã bella crudelia. quia ipsa ipsoꝝ demonũ fines actu intrepido semꝑ pulsat.

¶ De fructibus obedientie. sextũ capitulũ.

Circa tercium membrũ principale ꝓpositum. scȝ de fructi bus obediẽtie accipio mihi loco thematis illud qḋ scribi tur genesis. xxij. per memetipm iuraui quia fecisti rẽ hanc et nõ pepercisti filio tuo vnigenito ꝓpť me. bñdicã tibi ꝛ multipli cabo semẽ tuũ sicut stellas celi. et velut arenã que est in littore ma

ris.possidebit semen tuū portas inimicoꝝ suoꝝ.et benedicent̄ in se mine tuo oēs gentes terre.quia obedisti voci mee. Ecce quantā ꝓ missionē recepit mercedis a deo ꝑ angelum de celo.facta obediētia beatissimi patriarche abrahe. Eya gaudete ꝛ exultate oēs claustra les ꝛ viri religiosi.quia teste origene vos quoqꝫ predictā angeli vo cem audietis. Nunc cognoui qm̄ times tu deū.quia nō pepercisti patri tuo aut matri.filio tuo vel filie vel vxori.aut pepercisti pecu nie vel honoribus seculi ꝛ ambitionibus mūdi.sed oīa ꝯtempsisti. et oīa du[illegible]sti vt stercora vt xp̄m lucrifaceres. Vendidisti oīa ꝛ dedi sti paupibus.et secutus es verbū dei.et reꝝ omniū principi per reli gionis vinculum adheres. Felix hac tue vite cōmutatione.felix ter quaterqꝫ felix.q potuisti mūdi blandientis illecebras supare Cam pus diaboli mūdus est.in quo cū mortalibus pugnā ꝯserit.et quasi leo rugiens circuit terrā et ꝑambulat eā.querens quē deuoret et ex tinguat.cuius insidias qui formidare voluerit se mūdo subtrahat. se mundo occidat.non in hoc sit mūdo corruptibili tanq̄ꝫ ciuis.ꝭ tanq̄ꝫ ꝑegrinus et aduena.nō dormiat cū debeat vigilare. Caueat circūspiciatqꝫ ne antiquus hostis ꝛ ꝯtinuus insidiator aliunde late ret et improuisus exiliat.vbiqꝫ cogitet eū adesse.ꝛ quicquid inuene rit oculis gratū.auribꝰ mellifluū.suaue olfactu.gustu dulce aut de lectabile tactu.vel in quo mens rapiat̄ aut excitet̄ appetitus.quic quid tale inuenerit escā infrā hamis putet.et ibidē latere nouerit inimicū. Quicquid in hoc campo est.diaboli telū est. Si in hunc campū carnalia ꝯcupiscendo declinet̄.hosti potentissimo vł occa sio pugne et spes victorie p̄betur. Tu autē bone monache vt ad te redeam dirupisti vincula.ꝯtriuisti laqueū.ꝛ liberatus seculūꝛ mun di pompas taliter reliquisti.quia hinc eleuatis alis ad religiōis al titudinē euolasti.vt maxima tibi sit indicta ꝑseuerandi necessitas cauendiqꝫ ne per p̄cipicia rediens in ruinā ad mundi labes.ꝛ quas fugisti miserias reuertaris. Quidā nanqꝫ dicunt mundū istum esse olentē fetidā ꝛ imūdissimā sentinā turpitudinū. Quā fugere mun dicia mentis est.purificatio cordis.intellectus illumīatio.et ad hu ius aggrauātis corꝑis futurā glorificationē.quā speramus et credi

mus post aduentum domini sola via. Heu heu munde corruptibi
lis munde corrupte. munde corrumpens quis te cognoscet. quis te
spernet. quis te fugiet. Utinam nudetur in oculis hominũ turpitu
do tua qua amatores tuos turpissimos efficis ⁊ imundos. vt te me
liori consilio fugiãt ⁊ euitent. Audi veritatem. Qui diligit mundũ
non est caritas patris in eo. Qui mundum diligit deum odit. Non
est cum deo qui mundũ amat. Per solam enim dilectionem cũ deo
sumus. non increata illa caritas solum create caritatis merito pos
sidetur. Nec cogitemus deum ⁊ mundũ simul posse dil[illegible]re ⁊ sequi
Cum autem ex dilectione spes perfecta oriatur. scз eterne illius in
corruptibilis glorie percipiendo. mundũ diligendo q̄d sperabimus
Certe mundo perfrui abundare diuitijs explere voluptates alijs
presidere. que quidem via sunt ad tartarũ non ad celum. ad diabo
lum non ad deum. Et tamen tanta mentiũ nostrarum cecitas est.
ꝙ illa querimus ⁊ ad ea quasi beatifica totius mẽtis viribus anhe
lamus. Excutiamus ergo has tenebras. et mundũ relinquẽtes nos
ad illud lumen inextinguibile conuertamus. Si enim sicut sacra te
statur historia dum in mũdo manemus peregrini sumus et aduene
sumus coram dño. ⁊ nostrum est inquirere patriã cum simus hospi
tes super terraз. in eo diuertimus non manemus. Nam dies nostri
sicut vmbra super terram. ⁊ non est mora. Que cum ita sint cur nõ
patriam veram inquirimus. Cur non ad illam celestem ad quã su
mus geniti ꝓperamus. Cur in itineris nostri diuersorio non solum
retardantes viam sed perdentes patriam cupimus permanere Et
quoniã diuersorium duo nobis significat. aut locum ĩ quo viatores
mox recessuri declinant. aut locum in via vbi plures semite reperi
untur. ita ꝙ per vnam euntes ab alia declinamus. quid faciamus
amatores mundi. Quã stultum est in diuersorio mentẽ et spem ap
ponere, vbi mox sumus etiã si stare voluerimus recessuri. O quãta
dementia tenet in hac mundi dilectione mortales. Diligimus exi
liũ. negligimus patriã. mãsura spernimus. trãsitoria vere trãseun
tes amamus. Non possumus fateor corpore mundũ istũ exire. Hic
enim gignimur. hic viuimus. hic nutrimur. mentẽ tamẽ hinc si vo

luerimus valemus eleuare. Respiciamus dum in mūdo pergimus ante pedes. Mundus iste diuersorium est. plures ante oculos vie sunt. via voluptatis. via virtutis. via transgressionis. via obedientie. via inferi. via celi. Quid faciemus o mortales. Ad voluptates infirma caro nos trahit. ad transgressionem diabolus. ad infernum mundus. Continentia autem in deū nos dirigit. obedientia ducit. mundiq; abrenūciatio deo nos vnit. Nos dormiamus in diuersorio expectantes donec eijciamur. Si venire in patriam volumus surgendum est et pperandum. via enim longa arta ardua et laboriosa superanda est. Longa quidem amatoribus mundi. qui a deo in viam longissimam abierunt. arta diuitibus quos oportet diuitiarum dimittere sarcinas. si volunt ad celorū principem peruenire. ardua voluptuosis, quibus opus est mentem a sensibilibus reuocare. et delectationē suam erigere in celis quam habebant in terris. laboriosa negligentibus qui habent pugnare cum carne. luctari cum mundo. certare cum diabolo. Surgamus ergo. nā breuem et compendiosam viam nobis efficiet caritas. amplā paupertas. planam sobrietas. facilem et amenam quotidiana victoria. et quod victorie premiū est. immarcessibilis glorie spes non vacua. Sufficiat nobis de mūdo necessaria sumere. et a malo quicquid fuerit amplius reputare. Famē reprimi. sitim extingui. ymbres et frigora pelli ventorumq; et estuum vim arceri natura desiderat. Quicquid vltra ē a malo est. Videtis ni fallor dilectissimi fratres et filij aliqualiter quid sit mundus iste quem fugistis, cuius fallacias vtilimum arbitror denudasse. vt reliqui sectatores mundi quid ament quo tā perdite delectantur. quoue tam miserabiliter implicētur discussis nebulis agnoscant. Agere vos moneo gratias altissimo qui vos eduxit de vr caldeorum. id est de incentiuo viciorum scz mundo. et induxit in terram bonam melle et lacte manantē. hoc est ad religionem in qua quotidie spiritualis dulcedinis percipere possitis alimoniam. Non enim charissimi sine diuini numinis dispositiōe factum putetis q cogitare cepistis qualiter in seculo pro trāsitorijs dimittebatis eterna. et deniq; creatorem pro creatura deserentes.

a celesti patre suscepta portione substantie. que vobis contingebat profecti eratis in regionem longinquam. vbi deniq͡z cupiuissetis fame facta de porcorum siliquis satiari. Ad vos itaq͡z reuersi diuine gratie lumine in tenebris effulgente. sine qua nedum bona facere non possumus. sed etiam velle presertim efficaciter nō valeamus. Ad vos inquam qui pro secularibus occupationibus tranquillitatem religionis pro mundi delicijs. asperitatem ordinis pro transacte vite superbia in qua superiores gradus elatis affectibus cupiebatis obedientie iugum non verbo solum sed per effectum operis elegistis gloriosū nomen monachi assumentes. meus dirigitur sermo. Qui hactenus vicijs vixistis nunc virtutibus. hactenus vanis nunc solidis occupamini. Deniq͡z stabatis in mūdo quasi ciues et incole toti in terrenorum amore submersi. nunc autem vos viatores agnoscentes cepistis vos gerere peregrinos in terris. Et de timore seruili si quis in vobis tunc erat quo peccatores dei iudiciū metuebatis. ad timorem dilectionis et reuerentie quod declarat religionis electio. vos ad deum creatorem et redemptorem vestrum laudabiliter cōuertistis. Ad vos ergo libellus iste dirigitur. in quibus tm̄ gratia diuina valuit. ꝙ fugistis carnem mundum et diabolum. que tria mors sunt. et sequimini deum patrem et filium et spiritum sanctum. que tria vita sunt. Itaq͡z relicto mundo deum et deo frui in quibus consistit omniū futura mortalium immortalis beatitudo desiderantes. vos religioni optimo consilio et vinculo pene necessario dixerim tradidistis. Cathena quidē est qua rationalis creatura suo creatori desideriosa coniungitur vt se mūdo subtrahat. statumq͡z perfectionis religionis dignitatem professus. in dies magis atq͡z magis proficiens in illam perfectionem redigatur per gratiam. qua illi summo et ineffabili bono in quod omnia tendunt. īmarcessibilis et eterne glorie pṙceps religet. A q̄ religatiōe id est pfecta nō solū iterata ligatiōe vocabulū illud credi pōt nō irrationabiliter descendisse. O vere vinculū. o pciosa cathena. o salutare ligamē. o funiculū triplex. per mare p terras. inter ignes et gla

dios et quecũq; pericula excogitari possunt expetendũ. Videamus si placet an vere funiculus triplex sit hec de qua loquimur ꝛ quam sequimur mundi contagione expiata modis omnibus religio. Triplex ni fallor cõsecratione voti totius religionis perfectio continetur. sicut iuxta apostoli dictum. Quicquid in mundo est de tribus vnum est. scꝫ concupiscẽtia carnis aut oculorum aut superbia vite. Concupiscentie quidem carnis cõtinentie votũ opponitur. Concupiscent[illegible] oculorũ que profecto pallentis auaricie est. illa felix ꝛ locuplex electio paupertatis. quapropter deũ cuncta dimittimus. que et sic nos in via vacuos reddit ꝙ veniamus pleniores in patriam. sic temporalibus exuit ꝙ induit nos eternis. noscitur cõtraponi. Superbie autem vite quis nescit obijci abdicationem ꝑprie voluntatis. ꝛ illam difficilis obedientie sponsionem. O felicem qui recognoscit religio. qui cognitam amplectitur. ꝛ amplexam constanter ꝓsequitur vsq; in finem. O via nedum parum nota sed paucis via quidem difficilis arta ardua ꝛ laboriosa. deducens tamen in patriam. via quidem difficilis sed virtutis. via mortalium sed ad immortalia. via sollicitudinis sed ad metam perducẽs trãquillitatis. et qđ dulcissimũ est vita preter abrupta seculi dirigens ad amena spacia paradisi. Tu status perfectionis licet non semper collectio perfectorum. tu scola veritatis. viciorum expultrix. regula morum et cultura virtutum. Tu custos pudicicie doctrina obedientie mater honestatis magistra sobrietatis. Tu victrix insolentie. supatrix inanis glorie. fugatrix elationis. sedatrix contentiõis. Tu precepta iubes. ad consilia obligas. auges merita. aggrauas delicta. et qđ super omnia maximũ est tu sola cum caritate vinculũ es quo deo coniungimur et vnimur. Quapropter in policratico libro. vij. cap. xx. scribitur sic. Firmiter tene ꝙ nulla vita fidelior. nulla simplicior. nulla felicior. q̃ꝫ eorum qui in claustris humiliter degunt abiectione sua degentes. obedientes prelatis suis in omni subiectione et reuerentia. non appetentes sub obedie nomine dominatum. aut vagandi aut ociandi licentiam. vasa sua possidentes in sanctificatio

ne ꝛ honoꝛe. preſtolantes in ſilentio et patientia ſalutare dei. a de
tractione ꝛ murmure alieni. excipiẽtes ab oꝛe domini inquiete ver
bum quod ſaluare poteſt animas ſuas. grata miſcẽtes cum deo col
loquia. ꝛ quaſi terreſtres angeli ſunt totius mundane perturbatio
nis ignari. Qui vero ad explendas neceſſitates egrediuntur humi
liter. et in eis fideliter verſantur. et ſi non ſecurioꝛem plane vtilio
rem exercent vitam maxima laude digni et reuerentia. Uerum pro
pter diſſolutionem et inoꝛdinatam vitam quoꝛundam religioſoꝛũ
vere religionis gloꝛia non diminuitur. Nam religio in his qui eaꝫ
intrantes profitentur votis adeo vera a deo probata conſiſtit. vt
nullius reprehenſionis aculeos reformidet. Siquidem carthuſien
ſes quaſi incentiue carnis triumphatoꝛes pꝛecipui vbiqꝫ clareſcũt.
ciſtercienſes beati benedicti quem omniũ iuſtoꝛum ſpiritu plenuꝫ
fuiſſe cõſtat precepta et veſtigia ſequuntur ad vnguem. cluniacen
ſes religionis foꝛmam multis tradiderunt. Heremite quoqꝫ ſolitu
dinem ſaluatoꝛis et filios pꝛophetarum inſtitutionis ſue habẽt au
ctoꝛes. Fratres templi machabeoꝛum exemplo ponunt animas ꝓ
fratribus ſuis. In his tamen omnibus fideles inueniuntur ꝛ repꝛo
bi. nec ob id religionis aut profeſſionis veritas defoꝛmatur. Que
enim pꝛofeſſio eſt aut que vnqꝫ ſocietas legitur. in quam macula
non irrepſerit Angelũ apoſtatam legimus in pꝛimis fratribus par
ricidium. ꝓphetam repꝛobum. apoſtolum pꝛoditoꝛem. diſcipulos
chꝛiſti perfidos. nec tamen coꝛrumpitur puritas perſiſtentium an
geloꝛum. aut minus ſancta eſt ſocietas inuicem diligentium fratrũ
aut prophetie gratia eſt in electis culpabilis. aut apoſtolatus in fi
delibus contemptibilis. aut vita clauſtralis per varias diſſolutio
nes oberrantium. et ſeculariter atqꝫ carnaliter viuentium eſt infa
mis. ¶ Ad religionem ergo confugiendum eſt miſeris moꝛtalibus
qui poſt mundi coꝛrumpentis illecebꝛas incedentes abierunt acce
pta carnali poꝛtione ſubſtantie in regionem longinquam. et a deo
longe factus eſt incolatus eoꝛum. Cogita ꝙ ſe immolauit in cruce
chꝛiſtus. vt redemptos ſuo precioſo ſanguine moꝛte ſuſcepta ſalua

ret. Immolemus ergo nosmetipsos vt saluemur in religione. Ara quidem maxima et sanctissima est hec semper cum veneratione no minanda religio. in qua non terrenas fruges sicut agricola reprobatus cayn offerimus. sed sicut pastor ouium electus abel primogenita gregum et de ipsorum adipibus immolamus. Quid est autem terre fruges offerre. nisi deo de terrenis operibus velle placere. Quid est pastorem ouium esse nisi sensus nostros quos cum bestijs cōmunes habemus pastoralem curam assumentes regere. et ne bestialiter vagentur cohibere. Nam sacrificium deo spiritus contribulatus. cor contritum et humiliatum deus non despiciet. Sacrificium quidem abel figura religionis est. Nam sicut in illo rerum omniū principi deo ex primogenitis ouium et ipsorum adipibus immolatur. hoc est primi mentium motus consecrantur. ita sacram religionem professi. deo primos mentis et vlteriores sensuum suorum affectus voluntatem ppriam abdicantes offerunt et submittunt. Et quoniam non qui incipit sed qui perseuerauerit coronam accipiet. cauendum est ne post immolande religionis ingressum. ne post illam obligatoriam sanctissimi voti emissionem egrediamur foras in agrum. hoc est ad secularia redeamus. ne insurgat in nos diaboli figura cayn et interficiat nos. Qui enim in agro fuerit id est mundi negocijs deditus. gladio iuxta propheticum oraculum morietur. Nam religio munda et immaculata apud deum hec est immaculatū se custodire ab hoc seculo. Quis autem infecto mundo poterit adherere. quod mundus et sine macula conseruetur. Res magni discriminis est ignominiam seculi sub religionis habitu circūferre impietatem sub pietatis vmbraculo. et antichristū sub christi vestibus occultare. Nec te seducat hostis mūdus hostis diabolus hostis caro. Hactenus enim non fueras dei. eo quod tue voluntatis dominus esses. nunc autem tue voluntatis dominiū amisisti. imo apud deū abdicatione voluntaria recondisti. Caue quia quotiens illa sine deo et vicarij eius hoc est prelati tui licentia ad ali

quid faciendum defleveris rapine et sacrilegii reus constitueris. Tunc autem sine deo voluntatem flectimus. cum eam ad illicita declinamus. et si contra voti limites nobis aliquid indulgemus. Noli nos imo noli te decipere. si mundum et immaculatum intra cordis penetralia te non servas. et pro peccatis tuis continuos gemitus non fundis. cum albas vestes indutus sis. Hypocrita quidē es. et nomine tm̄ carthusiensis. Si ad mundum etiam sola mente reverteris apostata es. si extra obedientiam dei et regule vel prelati quodcunq₃ etiam opus bonum feceris transgressor es. Lectum nanq₃ tibi fuit ex statutis nostris in ipso professionis tue die. q₃ novicius professione facta ita se ab omnibus que mundi sunt intelligat alienum. vt nullius prorsus rei nec suipsius quidem sine prioris licentia habeat potestatem. Licet enim multa et diversa sunt que observamus. vno tamen ⁊ solo obedientie bono cuncta nobis fructuosa speramus. ¶ Debes ergo cautissime attendere ne deo mentiaris cui te vendidisti propter regnum celorum. sicut dictum est supra. Semper ergo mi dilecte fili versetur ante mentis oculos dies illa professionis tue qua te mundo moriens ante altare quasi mortuum pro benedictione suscipienda pretendisti. Recordare iugiter obligationis tue cyrographum et verba illa formata ac etiam forte manu propria scripta. quibus te omnipotenti deo solenni voto pie atq₃ humiliter dedicasti. O te felicem mi monache si postq̄₃ ad aratrum manum posuisti te non convertaris retro. si salutem anime tue imo animam tuam in dei prelatiq₃ tui obedientia cōtinebis. Recordare inquam diem illam in qua de profundis clamasti ad dominum ⁊ animam tuam apud terrenam detenta in salutis eterne premium ad superos revocasti. Semel deo consecratus es, sacrilegiū erit si te iterum converteris ad terrena. Time creditorem cui te indissolubiliter obligasti. Time dn̄m cui volūtatis tue dominiū tradidisti. Time quidē dn̄m. et inquire que beneplacita sunt illi. Quid autem sibi placeat sapiens admonet et prophe

ta confirmat. Inquit enī ille. Si quid vouisti deo non moreris red dere. displicet enim illi infidelis ꝛ stulta ꝑmissio. Reddat vt iubet apostolus vnusquisqꝫ prout destinauit in corde suo. non ex tristicia aut necessitate. hylarem enim datorem diligit deus. Qđ si dederit tibi dominus. dabit enim si voles et voti non peniteat tui. si nō in necessitatis tristicia sed in leticia voluntatis ꝑmissa persoluas non tricesimū de tui seminis hoc est voti largitate fructum. nō seragesimū solum. quorum ille simpliciter christianis iste vero clericis reseruatur. sed centesimū altissime perfectionis fructum accipies. qui consummatissimis competit religiosis. Tu enim teipm voluntatem ꝛ opera tua. deo religionē ingrediens dedicasti. Hoc est vere sacrificiuꝫ iusticie qđ edificatis muris hierusalē dominus acceptat cum totus homo totus redditur creatori. Hoc est vere holocaustuꝫ id est totū incensum. in quo totum qđ sumus ꝛ possumus deo committimus. ꝛ nihil in nostra relinquimus potestate. Hoc nō faciūt qui sine voto opera solū offerunt. ꝛ ob id apud dei benignitatē nō est dignum ipsos tantūdē quantū voti obnoxios promereri. Quis plus gratie meretur. an qui solum fructus arboris sic superiori donaret ꝙ ad illorum prestationem nisi quantū placuerit sibi non teneatur. an qui arborem donat ꝛ fructus tali conditiōe. ꝙ etiā post donationem nequit reuocare. Nemini dubium illum qui plus donauit plus mereri. Plus aūt largitur qui fructus ꝛ arborem. q̄ꝫ qui solum fructus exhibeat longeqꝫ plus qui taliter in perpetuū donat ꝙ retractare non possit. q̄ꝫ qui taliter prestat ꝙ vlterius si non velit impune valeat non prestare. Subiungemus igitur religiōe voluntatis arbitrium letanter et totaliter deo suoqꝫ vicario prelato. vt obedientes eideꝫ quicquid facimus operemur. ac vt bonitate sua ad preparatum celorum regnū non nos actores sed sola instrumenta bonorum que facere dicimur acceptando gratuite perducat. O felicem contractum. o vere lucrose permutationis auctionem. Religione voluntates nostras quibus sola mortalia offendentia et dampnantia opera possumus deo concedimus. vt coexistente nobis deo vitalia meritoria et deum placantia faciamus. Verum

quātū nobis minui videt arbitrij.tantū nostris opibus vite cumu lat et meriti. Exemplū habemus i beatissima vidua elisabeth.que pdicta oia optime sciens.ↄsentiente marito cuius dā viri religione pcipui scꝫ magistri conradi adeo se subiecit voluntati.vt quicquid ille pciperet.ipsa cū reuerentia et multo gaudio adimpleret.vt ex hoc et obedientie pciperet meritū.et dñi saluatoris q̄ factus ē obe diens vsqꝫ ad mortē imitaret exemplū. Magister autē predictus se pe sibi molesta et cōtraria imponebat.et quos amplius diligere vi debat ab eius ↄsortio separabat vt eius voluntatē frangeret.ꝛ ipm suū affectū totaliter in deū dirigeret. Sed in his oibus inueniebat velox ad obedientiā.ꝛ ↄstans ad patiētiā. Sed qm̄ hec disputatio de mūdi fallacijs ꝛ laude religiōis me longius q̄ȝ arbitrabar a pro pósito traxit.enarrando sub breuitate ipsius scte obedientie fruct9 ↄsequar quantū dederit omipotens deus.cui est honor ꝛ gloria in secula seculoꝝ Amen.

¶ De fructibus obedientie.vij.ca.

Primus itaqꝫ fructus virtutis obediētie est.qꝫ pacem dat et seruat religioso. Qui eni minus est obediēs frequentes habet turbatiōes.quia nō est pmptus ad multa.que sibi imponunt.ad que si esset pmptus nō turbaret.sed pacem haberet Ideo dicit puerbioꝝ.xiij. Qui timet pceptū in pace versabit. So lus quidē obediēs est.qui cū timore pceptū sui plati recipit. Sic in telligo qꝫ gloriosorū terre vere fidei principū alter seruos dominis carnalibus obedire p oia.alter vo subditos esse in oi timore dñi pre cipit.illud adijciēs vt hoc nō tm̄ bonis ac modestis exhibeant.sed etiā discolis. Neqꝫ eni ꝺ dño iudicare seruū decet.sed mores ei9 qua lescūqꝫ perferre. Quo enim immicior dñs aut platus.eo et clarior deoqꝫ acceptior obediētia ꝛ patiētia subditi seu serui est. Vn̄ poeta laureatus franciscus petrarcha.ij.libro suo ꝺ remedijs vtriusqꝫ for tune.dolori ↄquerēti ꝺ duricia ꝛ puersitate dñoꝝ seu platoꝝ respon det ratio. Nulla re melius q̄ȝ dilectōe ꝛ obsequio mollient scꝫ duri plati.et fortassis adeo vt qđ obediētibus accidit.inde tibi ventura libertas ꝛ pax.vn̄ te seruū luges aut subiectū. Deinde dolori cōque

